

præ se ferunt universa. Nullæ jam spinæ, nulli infructuosi fructus in agro ejus succrescunt; grata et læta sunt omnia ob mansuetudinem, patientiam, charitatem et cætera hujusmodi dona, quibus per Christum donantur. Hæc autem promotio, hæc hominum reductio et sanctificatio erit Deo in nomen et in monumentum ac memoriale æternum, quod nunquam interit ubi abolerit. Filius enim Dei Patrem glorificavit super terram; neque de Dei bonitate, sapientia ac potentia tantæ mortales credidissent, nisi agnito mysterio Christi.

Possunt nihilominus hæc omnia sic quoque aptissime accipi: *Omnes sitientes, venite ad aquas*, etc. Invitantur Judæi ut participes esse velint hereditatis servorum Dei; isti enim siti adventus Christi laborare videbantur. *Quare appenditis?* etc. Judæi toti in ceremonias et cultus et sacrificia incumbebant, et in exteriora legis, quæ neque ipsi neque patres portare poterant; jejuni tamen manebant qui fidem negligebant, justitiam et misericordiam. *Audite audientes*, etc. Exhortatio est ut justificari per Christum velint, non per legis justitias. Jejunus namque est animus et arescit interim dum Christum non induit, nihil succulentum comedit aut pingue. Vento pasciebantur Judæi, et apparent tantum justitiâ; anima autem eorum vacua erat. *Feriam vobiscum*, etc. Si Christum audieritis, confederabimini Deo fœdere durabili et non interituro; quale fuit quod cum Davide pepigit Deus de misericordiâ et beneficiis in æternum illi servandâ. *Ecce testem*, etc. Est veluti comminatio; futurum enim erat ut ad gentes se transferret Christus, malè acceptus à Judæis. *Ecce gentem*, etc. Imò ita futurum prædicit, et visuras gentes splendorem et decorem vultus Christi, qui multo magis quàm facies Mo-

CAPUT XVI.

1. Hæc dicit Dominus: Custodite judicium, et facite justitiam, quia juxta est salus mea et veniat, et justitia mea ut reveletur.
2. Beatus vir qui facit hoc, et filius hominis, qui apprehendit istud; custodiens sabbatum, ne polluat illud; custodiens manus suas, ne faciat omne malum.
3. Et non dicit filius advenæ, qui adheret Domino, dicens: Separatione dividet me Dominus à populo suo. Et non dicit eunuchus; ecce ego lignum aridum quia:
4. Quia hæc dicit Dominus eunuchis: Qui custodierint sabbata, et elegerint quæ ego volui, et tenuerint fœdus meum:
5. Dabo eis in domo meâ, et in muris meis locum, et nomen melius à filiis et filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.
6. Et filios advenæ, qui adherent Domino, ut colant eum, et diligant nomen ejus, ut sint ei in servos; omnem custodientem sabbatum ne polluat illud, et tenentem fœdus meum:
7. Adducam eos in montem sanctum meum, et lætificabo eos in domo orationis meæ; holocausta eorum et victimæ eorum placebunt mihi super altari-

sis resplendet. *QUERITE*, etc. Adhortatur ergo Judæos ut sapiant quàm citissimè et penitentiam agant; nam licet occiderint hæredem, largum tamen esse in condonando Deum: nullis enim magis amplificanda erat Dei misericordia in condonando quàm Judæis, qui Christum negârunt, et Filium Dei sibi promissum occiderunt. *Non enim*, etc., solutio est tacite objectionis. Quid? numquid Judæos deseret? numquid populum tuum abjicies! numquid ad immundos et incircumcisos te conferes? Respondet: *Ignoratis sensum Domini; longè diversæ sunt cogitationes meæ*, etc. Ad hunc autem locum alluisse credendum est Apostolum eò loci, ubi cum reprobat Judæis electas gentes dixisset, exclamavit: *Ô altitudo divinarum sapientie et scientie Dei! quàm incomprehensibilia sunt judicia ejus, et impervestigabiles viæ ejus! quis enim novit sensum Domini?* etc. *Quia sicut descendit*, etc., q. d.: *Ne miremini quod relictis vobis ad gentes me transferam; non enim decebat Filium Dei frustra in mundum venisse, et vacuum reverti; oportebat ut hominem, cujus naturam susceperat, juvaret ac redimeret. Ita omnino fiet; si vos non crederitis, alii credent, neque deerunt Christo fratres; quocumque enim se verterit, res ei benè eedet.* Est quod supra dixit: *Voluntas Domini in manu ejus dirigitur*, vel *progressus faciet. Quia in lætitiâ*, etc. Jam ad gentes conversus ipsas alloquitur, et omnia eis felicia promittit; quod tandem ingentem Domino gloriam allaturum propheta asseverat; omnium enim Deum esse voluisse, et *omnes homines salvos facere*, non poterat non esse in nomen et signum sui monumentum æternum. Idcirco jubet David ut *gentes laudent Dominum propter misericordiam*, quam super ipsas confirmavit Deus. Atque hæc expositio placior est.

CAPITRE XVI.

1. Voici ce que dit le Seigneur: Gardez les règles de l'équité, et agissez selon la justice, parce que le salut que je dois envoyer est proche, et que ma justice se manifesterà bientôt.
2. Heureux l'homme qui agit de cette sorte, et le fils de l'homme qui suit cette règle, qui observe le sabbat, et ne le viole point; qui conserve ses mains pures, et qui s'abstient de faire aucun mal.
3. Et que le fils de l'étranger, qui se sera attaché au Seigneur, ne dise point: Le Seigneur m'a divisé, et m'a séparé d'avec son peuple. Et que l'eunuch ne dise point: Je ne suis qu'un tronc desséché;
4. Car voici ce que le Seigneur dit aux eunuches: S'ils gardent mes jours de sabbat, s'ils embrassent ce qui me plaît, et demeurent fermes dans mon alliance;
5. Je leur donnerai dans ma maison et dans l'enceinte de mes murailles, une place avantageuse, et un nom qui leur sera meilleur que des fils et des filles: je leur donnerai un nom éternel qui ne périra jamais.
6. Et si les enfants des étrangers s'attachent au Seigneur pour l'adorer, s'ils aiment son nom pour se vouer à son service, et si quel'un, quel qu'il soit, garde mes jours de sabbat pour ne les point violer, et demeure ferme dans mon alliance;
7. Je les ferai venir sur ma montagne sainte, je les remplirai de joie dans la maison consacrée à me prir; les holocaustes et les victimes qu'ils m'offriront sur mon autel, me seront agréables, parce que ma mai-

meo; quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis.

8. Ait Dominus Deus, qui congregat dispersos Israel: Adhuc congregabo ad eum congregatos ejus.

9. Omnes bestie agri, venite ad devorandum, univérse bestie salutaris.

10. Speculatores ejus cæci omnes, nescierunt univérse; canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, et amantes somnia.

11. Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem; ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam; omnes in viam suam declinaverunt, unusquisque ad avaritiam suam, à summo usque ad novissimum.

12. Venite, univérse vinum, et impleamur ebrietate; et erit sicut hodie, sic et cras, et multo amplius.

VERS. 1. — *CUSTODITE*, etc. Hæc est illa concio Joannis Baptiste ac Domini nostri: *Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum colorum*; quæ manifestè significabant non habituros oculos quibus videre possent, aut sensus quibus perciperent Dei regnum et quæ in illo sunt mysteria, qui peccatis immersi jacerent, et veterem vitam non detestarentur. Hic quoque locus Lutheranus arguit: Quid enim, dicerent, opus est justitiâ meâ et observatione mandatorum Dei, si justitia Christi in foribus est? Imò verò ob hoc ipsum mihi injungitur justitiam amplecti ac colere, suum cuique reddere, neminem opprimere, omnibus benefacere; quia justitia Christi instabat, quasi frustra adveniret, neque quidquam mihi profectura esset Christi salus ac justitiâ, nisi hoc facerem; non enim communicatur Christi justitiâ impœnitentibus.

VERS. 2. — *BEATUS VIR QUI*, etc.; *acheve* optimè per circumloquium redditur, *benè habebit! ô quam benè habet! ô felicem virum!* etc., est enim adverbium, quantum conjicere possum. Vidit propheta quanta futura esset illius hominis felicitas qui huic quod dabat consilio acquiesceret; prorumpit itaque in ejus viri, quisquis is fuerit, laudes. O te felicem, etiamsi miser à natiuitate sis (non nomen *eunuch* à miseriâ videtur, aut à desperatione quæ à calamitate oritur appellationem habere, quæ in quavis scelera ruere facit absque freno), quamvis hæressis mortalitatis et laboris, et filius *Adæ!* Hæc enim nomina propheta libenter apposuit quæ hominis miserabilem sortem notant, ut insinaret omnia illa per hanc, quam predicabat, felicitatem absorbenda. Sed cui, quæso, beatitudinem promittit? certè illi, qui *faceret judicium et justitiam apprehenderet*. Poteris prius verbum ad id quod prius dixerat referre, nempe *custodire judicium, et facere justitiam*; posterius ad id quod secundo loco, videlicet *apprehendere salutem et justitiam, quæ adveniebant*; q. d.: *Ô felicem illum hominem qui fecerit quod deo faciendum, et apprehenderit quod dico venturum*; fecerit justitiam, et apprehenderit justitiam et salutem! Sed quomodo cumque dividat, idem omnino significatur. Propterea enim prædicatur *beatus*, quod ei profutura esset salus et justitiâ, quam Christus afferret. Hic quoque animadvertant Judæi:

son sera appelée la maison de prière pour tous les peuples.

8. Voici ce que dit le Seigneur Dieu qui rassemble les dispersés d'Israël: Je réunirai encore à Israël ceux qui viendront pour se joindre à lui.

9. Bêtes des champs, bêtes des forêts, venez toutes pour dévorer votre proie.

10. Les sentinelles d'Israël sont toutes aveugles, elles sont toutes dans l'ignorance; ce sont des chiens muets qui ne sauraient aboyer, qui ne voient que de vains fantômes, qui dorment et qui se plaisent dans leurs songes.

11. Ce sont des chiens qui ont perdu toute honte, et qui ne se rassassent jamais; les pasteurs mêmes n'ont aucune intelligence; chacun d'eux se détourne pour suivre sa voie; chacun suit ses intérêts depuis le plus grand jusqu'au plus petit.

12. Venez, prenons du vin, remplissons-nous-en jusqu'à nous enivrer; et ce sera demain comme aujourd'hui, et encore beaucoup davantage.

COMMENTARIUM.

si oculos habebat, manifestam fieri distinctionem inter legis justitiam et justitiam Christi, ne putent quod Messias justificaturus esset legem sacrificii et justificationis. Notat autem verbum *colorum* *apprehensionem*, vel *comprehensionem firmam retentionem*; sic enim dicit non solum justitiam colere, aut advenientem Christi justitiam retinere, ne praterat, aut ne eum derelinquamus. Hoc significat Dominus cum diceret, *regnum colorum vim patit, et qui viribus pollent illud rapere*.

VERS. 3. — *ET NON DICAT*, etc. Hic locus apertè ostendit in Christo Jesu non esse Judæum, neque Græcum; nec servum, neque liberum, etc., id est, non esse ullam personarum differentiam, aut quam vocant *ceptionem*. Et quidem Judæos locus hic convincere poterat, non esse æternum duratam legem Moysi quoad ceremonias et eam partem quam *judicialium* vocant; nunquam enim lex gentibus incircumcis et eunuchis aditum daret ad ministerium in domo Domini. Certè cum dixisset *beatum hominem* seu *filium hominis* qui *justitiam sectaretur, apprehenderet salutem* seu *justitiam quæ adveniebat* et in propinquo erat, non diceret autem beatum filium Abraham aut Israelis, sed *filium hominis*, nonnullâ ex parte id significaverat; sed non hoc contentus, imò quasi exponens quod dixerat, ait: *Neque dicat, vel neque dicet filius advenæ, nekar, alieni, seu extranei, alienigenæ, qui alterius est aut generis aut religionis*. Hoc nomine significant Hebræi alias gentes ab ipsis, et deos etiam earum. *QUI ADHÆRET, lavah* Hebræis est *adjunctum esse, seu additum esse*; accommodatur autem ex usu ad eam adjunctionem quæ est ministrorum ad dominos suos, sicut etiam ad eam que est inter dantem et accipientem nutuò; nam ut est apud Salomonem, *Prov. 22*: *Servus est qui nutuo accipit viri nutuo dantis, ubi eodem verbo usus quasi vim verbi et usum aperuit*. Unde et Levi unius ex filiis Jacob nomen habuit, quem concepit Lia ex illo congressu quem pro mandragoris filii sui obtinuit à sorore suâ. *Obigationem* ergo notat. Hujusmodi igitur sibi addictos ex alienigenis, et quasi fide datâ sibi obligatos et adstrictos consolatur Dominus dicens, prohibens ne posthæc, nempe adveniente Christo cui illi *adhererunt*, et fide adstringen-

tur, putent se aliquid minus habituros à Judæis. SEPARATIONE DIVIDET. Idem verbum est Hebræis: *Separando separabit*, etc., nam Exod. 25, ullum *sedus cum gentibus illis intrare* quæ terram promissionis habitabant prohibentur; et Levit. 20, dicit Dominus se *separasse Israelitas à cæteris populis*; et 22 præcipitur, *ne alienigenæ comedant de sanctificatis, neque inquilini sacerdotes, aut mercenarii; empti verò à sacerdote et vernaculi poterant*; et Deut. 7, *de cunctis populis terræ dicitur Israel à Deo electus*; et Deut. 25, præcipitur *ne Ammonites aut Moabites in æternum, neque post decimam generationem ingrederentur Ecclesiam Domini; neque facerent Israelitæ cum eis pacem, neque quærerent eis bonum cunctis diebus vite sue in sempiternum*. Neque desunt et Hebræis docti viri, qui nomen *maneser*, quod illi interpretatur *ex sortio natus*, omnem extraneum significare dicant, quasi legem universalem posuerit, quòd alienigenæ usque ad decimam generationem non ingrederentur Ecclesiam; postea nonnullas exceptiones ponat, nempe quòd Ammonitæ et Moabitæ neque post decimam, Idumæi autem et Ægyptii post tertiam generationem ingredi poterant. *Ingrædi verò in Ecclesiam Domini est annumerari populo Israelitico, et frui gratis et privilegiiis quibus in lege Israelitæ fruèbantur, ut comedere ex sanctificatis, quòd illis non daretur pecunia ad usuram, et mille aliis. EXCUCUS*. De voce vide supra c. 59, 7, quòd non semper de castratis diceretur; hoc tamen loco manifestum pro eis tantummodo accipi. Hujusmodi autem eunuchus dicitur Deut. 25, *vulneratus contusione*; ad quam legem hoc loco alluditur, quæ videlicet prohibet ne hujusmodi homo aut *cui amputata sunt virilita ingrederetur Ecclesiam Domini*. Porro *ingredi Ecclesiam* est aliquid muneris vel ministerii exercere in tabernaculo, vel templo, vel Republica, etc. Ob hanc legem dicere consueverat eunuchus: *Ecce ego lignum aridem*, id est, arbor quæ exaruit, quæ non est utilis nisi in ignem et incendium. *Vel lignum aridum* se appellabat quòd arbores aridæ non sint aspicientium oculis gratæ, et quasi pudefiant; eunuchi verò exclusi ab Ecclesiâ veluti inutilis et publicæ functioni inepti non poterant non pudeferi; quare et nomen quò hic usus est propheta à verbo est quòd *arescere* proprie, et in *hiphil pudeferi* interdum notat ut supra 50, et Jerem. 1, et 6, et 10, etc.

VERS. 4. — *QUIA HÆC DIXIT*, etc. Hæc est ratio quare non debeant castrati se reputare *ligna arida*. QUI CUSTODIERINT SABBATA MEA. Non in universum de castratis dicit se loqui, sed de his tantum qui *custodiunt sabbata*, id est, cultores sunt Dei, et eligunt quæ Dominus voluit, eaque omnibus præferunt. Denique qui *firmiter retinent sedus Dei*, et conditiones omnes pacis adimplent, ut vitam potius dimittant quam jura Dei resolvant; his, inquam,

VERS. 5. — *DABO*, etc. In Hebræo est conjunctio, quam quia sæpè vacat omisit Vulgatus. Valet autem in similibus locis id quod Latinis; *inquam istis, inquam, dabo*: vel *tunc*, q. d., *si hæc fecerint, tunc dabo eis*, etc. In DOMO MEA, id est, in templo, in ecclesia

stio ministerio seu militia Ecclesiastica. IN MUNIS MEIS, vel *intra muros*, id est, civili et politica administratione. Et hæc duo videntur opponi illis verbis legis quæ supra ex Deuteronomio attuli, quòd *eunuchi non ingrederentur Ecclesiam Domini*. LOCUM. In Hebræo, id est, *manum*; sed *manum* interdum vocat Hebraismus quod nos dicimus *simum, tractum*, etc., unde Vulgatus pro loco, sicut et cæteri interpretes acceperunt. Est tamen nobis Lusitanis quedam acceptio hujus nominis *manus*, ut cum dicimus, *mea est manus*, id est, à me initium sumi debet; ego caput sum, primus id incipere debeo; unde *amittere manum* est amittere dignitatem, et carere illo dignitatis loco; unde pro vice accipitur et ordine. Ita quoque Hebræis accipi videtur, ut hoc loco altero ex his duobus modis accipi debeat, *dabo illis primum locum, ut primi sint, et primas habeant*; sicut videtur accipi in cantico Mosis, cum ait, quòd *Israelis miserabitur Dominus cum viderit quòd infirmata sit manus*. Hebr., quia *ablata est manus*, id est, amisit manum et dignitatem, quam habebat inter cæteras nationes. Congruit autem hæc acceptio sequentibus; nam dicitur et nomen melius à filiis et filiabus. Vel certe pro vice accipitur, nempe ut suo ordine sicut cæteri ministrarent, etc., ut accipitur Num. 2: *Unusquisque secundum manum suam proficiatur*, etc. NOMEN MELIUS A FILIIS. Hebr., nomen bonum à filiis et filiabus, id est, nomen melius quam habent filii, ut quidam interpretantur, quòd nequaquam probò; vel melius quam sit nomen quòd habere poterant à filiis et filiabus, id est, à generatione et posteritate. Dicant mihi Judæi quando hoc fuerit, vel futurum sit. Quodcumque hoc fuerit, abrogabitur certè lex illa Deut. 25. Sub Christo ergo hæc eventura intelligimus, et de illis castratis qui se castraverunt propter regnum celorum, et infœcundi carne esse voluerunt ut spiritu fecundiores esse possent, et Christo Domino desponsari, neque ab eo divelli, aut eorum cum mundo et Christo dividere. Nec dubites, christiane lector, ad hunc locum allussisse Dominum in Evangelio, cum de eunuchis loqueretur. Virgines ergo hic accipit qui suam Domino castitatem consecraverunt, tam feminas quam viros; qui non naturâ, non arte et ab homine, sed ipsi liberè seipso castraverunt propter regnum celorum. Profectò isti, si non contenti sua castitate, *sabbata coluerint* et debitum Deo cultum exhibuerint, si ea sectentur quæ Deo magis placuisse agnovverint, si à Dei *federe* nequaquam recesserint, sed legem Domini inviolabiliter observaverint, sicut fecerunt antiqui illi monachi, quos admirata est antiquitas, et quorum plena fuerunt deserta; isti, inquam, in domo Dei et in Ecclesiâ Christi non infimum locum habebunt, ut habent; sed eis reges et cæteri haud vulgarem honorem deferre consueverunt, et melius habent nomen quam si filios generarent. Hic unus locus est qui non solum Judæos, sed nostri temporis hereticos, nisi eacutire vellent, posset ab errore revocare; quamcumque enim aliam expositionem afferant, vnicibus verbis prophete non congruere. Adfirmant illi, quòd

nullam præ aliis dignitatem habeant virgines; et dicit in matrimonio esse etiam castratos; sed non vident hic eunuchos ab illis distingui qui habent nomen à filiis et posteritate? Sed ait quidam ex ipsis: «Hoc, meo judicio, non videtur tam ad castimoniam deducensandam esse dictum, quam ad exponendam regenerationem Spiritus, quæ cunctæ gentes erant nobilitandæ.» O bellum judicium! quid est, me dicat: *Lignum aridum sum?* si omnes sunt eunuchi, quibus conferunt ipsæ, vel eos prophete? quid est dare eunuchis manum *intra muros Jerusalem et in domo Domini*? Profectò locus hic eos torquet, quia veritati nolunt assentiri. Ad expositioni quam attuli favent omnia; primò verbum illud *וְלֵךְ*, quòd obligationem notare nemo doctus in linguâ Hebræâ dubitabit, et de his dici qui fidem suam alteri adstrinxere; unde de ministris dicitur et Levitis Num. 18, et de his qui sedus inveniunt, Jerem. 50: *Venient, et adjungentur ad Jehova federe sempiterno*; Deut. 28: *Tu obligabis gentes multas, et tu non obligaberis*, etc., hoc, inquam, verbum illis convenit qui Deo se addicunt, et consecrant virginitatem ne alteri serviant. Qui enim *habet uxorem, non est dominus sui corporis; et divinus est*, si Paulo credimus: *virgo autem cogitat quæ Dei sunt, quomodo placeant Deo*. Quòd si carnalibus hominibus hoc impossibile videatur, meminerint manum Domini non esse abbreviatam, et adhuc superesse monachis et monialibus, qui non alteri quam Deo servant. Conveniunt etiam quæ sequuntur de sabbati observantia. Nam præter hoc quòd totius divini cultus sint, aut certè fuerint observantissimi Evangelici eunuchi, nulli magis perpetuum Deo sabbatum celebrant. Sed de illis loquor qui noctes diesque Deo divinisque meditationibus et intelligentiæ Scripturarum consecrant et impendunt. Legant quæ de monachis scribat Philo Judæus et antiqui Patres. Quid dicam de electione eorum quæ Deo placeat (quod in prophetâ sequitur) et de firmâ legis Dei observatione? qui sunt qui *optimam partem* cum Mariâ eligunt? quoniam sunt in Ecclesiâ Dei, qui ne violant vel in minimis Dei sedus, astrictiori disciplinâ se communiunt, nisi veri monachi et ministri Domini, quos clericos vocamus? Nam si plurimi ex eis multò aliter vivunt et mundo servant, aut concubinas alunt, et fœdus Dei conculant, ipsi damnationem majorem sibi acquirunt; nec istos quisquam laudaverit, sed indignissimos ipsâ vitâ judicaverit; ipsam verò institutum, quod sanctissimi viri juxta verba prophetarum et Apostolorum secuti sunt, quam causam habent propter quam accusent? Sed impudentes homines, et qui cum soli sapere videri volunt ob superbiam suam insipientissimi sunt, missos faciamus. Certè locus hic prophete maximum mihi solatium solet conferre; video enim in his verbis tot ante Christum annis eunuchorum evangelicorum delineatos mores ac professionem, et singula ita enarrata, ut si mihi doceret Deus optimus, maximum, illos antiquos monachos imitari, non possim me felicium numero non annumerare. Non enim de hæc re loquitur propheta nisi tanquam de maximo beneficio;

quare et nomen non interitum addidit. Nunquam enim Basilii, Hieronymi, Augustini, Gregorii Nazianzeni et Magni Benedicti, Bernardi, Dominici, Francisci, ac multorum qui hos tam instituto quàm moribus secuti sunt, memoria interitib, quantumvis insaniant heretici.

VERS. 6. — *ET FILIOS ADVENÆ*, etc. Prohibuerat ne dicerent alienigenæ, aut certè futurum dixerat non eos dicturos posthæc: *Separatione separavit nos*, etc. Jam rationem hujus reddidit; apponit tamen prius conditiones quasdam, sicut de eunuchis fecerat. Non enim gentes quæ ad Christum venient inter filios computarentur, aut in populo Dei censerentur, nisi hæc adimplerent. Primum et veluti caput est, quòd addicant se Domino; quòd sit quando nomen suum dant, et se religioni Christianæ addicunt in baptismo. UrcOLANT ERM, explicat quibus partibus constet illa *ad dictio*, seu *adjunctio*. Est autem *sehereth* Hebræis ministrare; et minus durum est quam *abad*, quòd etiam de duriore servitute dicitur. Id apparet ex Num. 8, ubi de Levitis dicit Moses: *A viginti annis et supra intrent ad militandum militiam in servitio tabernaculi constitutionis, et à filio quinquaginta annorum revertetur à militiâ servitii, et non serviet amplius, sed ministrabit fratribus suis in tabernaculo, ut custodiat custodiam, sed servitium non serviet.* Ubi videtur *sehereth* dici ministerium levius, quòd jam emerit facere et præstare poterant; alibi tamen, sicut hoc loco, ferè non distinguuntur. Exigit itaque ab eis, ut *ministrent Domino*; deinde ut *diligant, sui cupiant nomen Jehova*, ne scilicet sint tanquam servi sub lege, aut servant *spiritu timoris*, sed ex animo tanquam filii et adoptati ament Dominum, et ad commemorationem ejus excitetur in eis desiderium, et amoris flammæ accendantur; denique ut sint Domino *in servos* (ubi utitur nomine *abedim*), neque alteri quam Domino servant. OMNEM CUSTODIENTER, etc. Duobus iterum partibus omnes conditiones complectitur, *cultu* videlicet *sabbati*, per quem omnem cultum notat qui Deo exhiberi debet, et *firmam retentionem fœderis*, id est totius legis adimpleto et mandatorum Dei observatio; ne sint sicut qui *labii honorabant Deum, et corde longè aberant ab ipso*; qui universam justitiam cultu et sacrificiis cæterisque ceremoniis desinebant; *justitiam autem, fidem et misericordiam, quæ graviora erant legis, id est, præcipia et majori honore digna, præteribant atque ignorabant.*

VERS. 7. — *ADDUCAM EOS*, etc. Est hic conjunctio in Hebr., sicut supra vers. 5. Ecclesiam significat per *montem sanctum*, seu *sanctitatis*; de quo 2 ep., quòd erit in vertice montium, etc. Ibi quidem dicitur, quòd ipse gentes illuc confluentur; hic quòd Dominus eas adducat; nemo enim potest venire ad Christum, nisi Pater celestis eum traxerit; sed quæ hæc attractio libertatem non tollit, dicimus illos venire summo cum desiderio, et Deum eos adducere sua misericordiâ. LETIFICABO EOS, etc. In templo vota reddebant, et gratiarum actionis sacrificia offerebant, letari di-

ceabantur coram Domino; in festis etiam statisque diebus in domum Domini lætantes ibant; denique ibi laudabatur Dominus vocibus et omni genere instrumentorum musicorum; quod certè erat lætantium. Sed nonne in Ecclesiâ potiores sunt gaudii et lætitiæ rationes? *Atii laboraverunt, nos in labores eorum introivimus*; et, ut cætera omittam, ex gentibus pontifices et sacerdotes efficiuntur, et sacrificium offerunt pro se et pro aliis, et hostias laudationum et laborum confitentium nomini Domini; quod mox exponens ait: *QUA DOMUS MEA, NOMUS ORATIONIS VOCABITUR CUNCTIS POPULIS*. Quæ tantum Judæis hæc tunc patuerat, jam per Christum omnibus populis patuit; nam etsi ad templum liceret accedere gentibus ad deprecandum Deum, ut apparet ex verbis Salomonis in dedicatione templi, 3 Reg. cap. 8, admittentur tantum ut hospites. Per Christum autem jam non hospites, sed ut *cives sanctorum, et domestici Dei*. Notanda est autem lætitiæ ratio, nempe quia *domus Dei est, et dicitur domus orationis cunctis populis*, ut acceptaret eorum sacrificia, ut videas quod habere Deum qui preces audiat et vota suscipiat, certa esset et vera lætitiæ causa. Est autem *thephilâh* Hebræis oratio quæ Deo causam nostram exponimus, tanquam qui nosmetipsos dijudicamus, et nostra scelera, aut certè ad malum incitamenta damnamus, et ex ejus misericordiam sanari optamus; est enim à verbo quod quasi *semetipsum dijudicare* notat; quod quia nusquam verius et purius fit quam in oratione, pro orare, seu *interpellare* accipitur; quando videlicet causam nostram cum Deo tractamus. Hæc certè est propria vocis significatio ex verbo *hitpâhel*; quam exposuit Paulus cum ait: *Si nosmetipsos dijudicarem, non utique iudicarem*, etc. Animadvertite quoque, quod pro maximo in gentes collato beneficio opponitur, posse cum Deo causam suam tractare. Intellego etiam ad hoc instituta templum in Ecclesiâ Christi, ut orationi in eis vacetur; ipsam quoque Ecclesiam hoc nomine à Deo non nisi tanquam glorioso nominari, *domum orationis*.

VERS. 8. — *AT DOMUS DETS*, etc. Est in Hebræo illa usitatissima asseveratio in rebus maximis, quam cum Paulo reddere consuevimus *Fidelis sermo*. Videatur autem ad id quod mox sequitur referendum: *Adhuc congregabo, etc.* Putare enim posset Judæus ex his quæ dicebantur, deserturum Dominum Judæos, etc. Ne hoc, inquit, veniat in mentem. Is enim Deus, cuius est depulsus Israelitas congregare, qui hoc sibi nomen toties imposuit, et toties pollicitus est quod ex universis terris, ad quæ egerat eos, colligeret eos, is ipse affirmat et veluti jurejurando confirmat. *Adhuc congregabo, etc.* Non impedit, inquit, vocatio gentium quò minus et vos congregemini; *postquam enim ingressa fuerit plebitudo gentium*, ut est apud Paulum, *tunc omnis Israel salvus erit*. **CONGREGABO AD EUM**, nempe Israel. **CONGREGATOS**, seu congregatos. Similis locutio est in Actis: *Crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam æternam*. Ita per Christum ex Israele congregati sunt quotquot præordinati erant ut congregarentur.

VERS. 9. — *OMNES BESTIÆ, etc.* Hæc cum his quæ immediate præcesserunt coniectenda sunt, ad hunc modum; dicit quidem Dominus, quod adhuc colliget ex Israele eos qui congregandi sunt; verum non statim id fiet, sed prius patietur Israel inauditas calamitates, et hostium violentiæ patebunt, qui furorè suum et odium in eos satiabunt. Universa autem hæc mala ab ipsis magistratibus et pontificibus ortum habebunt. Mihi autem pro comperto est, quod de Scribis et Pharisæis et pontificibus illis sit sermo qui tempore Christi et Apostolorum Israel præfecti erant. Porrò ut indignationem suam Dominus, vel etiam propheta, in eos ostenderet, subito et ex abrupto in hæc verba prorupit, quasi doleret quod vito ipsorum futurum esset ut gentes ad Deum venirent, populus vero Dei tam dira pateretur. *Per bestias itaque Romanos et cæteras nationes quæ adversus Judæos convenerunt, intelligit.*

VERS. 10. — *SPECULATORES, etc.* In speculatore commendatur maxime visus acumen. Quid si *cæcus fuerit*? Hic intellige eos qui in spiritalibus præsident, sacerdotes, legis Dei interpretes et doctores, quorum est magistratibus et populo annuntiare quæ ipsis impendent mala, vel ex revelatione, vel certè ex conjecturis, partim ex moribus populi, partim ex illis quæ de Deo in Scripturis legunt, ducit. Vide locum apud Ezech. quod *eam constitisset speculatorem, et mutaret gladium venientem*, etc. Hæc cura in populo Christiano pontificibus et prædicatoribus verbi Dei incumbit. Erant *speculatores* illius tempestatis *cæci*; quod veluti exponens ait: **NESCIENT UNIVERSI**, id est, sunt insipientes; nihil eorum quæ oportebat eos scire noverunt. Sapientia enim est veluti lumen in animo, et quod est in ferro acies, ut habes Eccl. 10. Certè huc respexit Dominus cum ait de ipsis Pharisæis et doctoribus: *Sinite illos, cæci sunt, et duces cæcorum*; et Math. 23: *Stulti et cæci*, etc. Non intelligebant Scripturas, non intelligebant adesse Messie tempus, aut qualis esset futurus ipsorum Messias; Spiritu Dei carebant, neque inter bona nisi visibilia computabant; cum etiam se sanguine innoxio agni immaculati commaculassent, non intellexerunt quod Deus esset vindex et patiens redditor. Quare hanc cæcitatè et ignorantiam sequebatur ut muti quoque essent. **CANES MUTI**. In hoc tantum utiles sunt domestici canes, ut latratibus suis adventum eorum qui incommodare possunt annuntiant, et lupos ac fures areant. Quod si muti sint, cum natura sint voraces, plus ex eis damni quam utilitatis accrescit. Sic propheta seu doctores, si insipientes sint et muti, quid futurum spes? præsertim si hæc ex vito animi patiantur. Certè sæpè mecum cogito, an præstaret interdum aliquot dierum spatium talibus pastoribus carere populum, si alios habere non possit; nam si populus intellegeret non habere se *speculatorem*, aut oves noscerent carere se *canibus*, quisque pro se invigilaret atque caveret. At cum putent se hujusmodi hominibus nequaquam destitutos, sed ex exteriori ornatu et loco seu dignitate colligant sibi superabundare prophetas, episcopos et doctores, à quibus ad-

moneantur de rebus necessariis, de moribus, de falsâ doctrinâ, de irâ Dei, et cæteris quæ scire et tenere oportet, in portu se agere arbitrantur. Sed miserum! in portu naufragium; nam sunt idola et statuae et *canes muti*; devorant substantiam populi, lac absorbunt, lanâ operiuntur, adeoque inutiles sunt, ut pro beneficio ducendum sit si non versi in bestias oves devorent. **VIDENTES VANA**. Hebr., *ozim*, Hieronymus legisse videtur cum *keth*, id est, *videntes*, et quia de cubitu erat sermo, addidit ad elucidationem de suo *vana*. Verisimile autem est mutationem similitum litterarum factam fuisse, *he* videlicet in *keth*, quod nullo alio loco hæc vox aut radix legatur. Chald. quidem veritè *dormientes*, seu *dormitantes*; ego *ignavos* dicerem, si non est scriptoris vitium. Est autem non contentendus sensus si *videntes* legas, *videntes*, *cubantes*, id est, qui dormituri gaudent; ignavi enim canes paululum si caput attollant, paululum si respiciant, quia auditu pollent, rursus caput reclinant; et perinde se habent ac si nihil viderent; ita prorsus Pharisæi et Scribæ *videntes et cubantes*; nam etsi legebant quod in Bethleem nasceretur Christus, in adventu Magorum paululum caput attolentes Scripturas eolverunt, rursus cubantes somno sese delere: nec aliter se in aliis rebus gerebant quæ e re populi erant, et ad Israelis salutem spectabant.

VERS. 11. — *CANES IMPUDENTISSIMI*. Hebr., *canes, obfirmati animo*, quod unica dictione Vulgatus *impudentissimos* dixit. Impudentia enim faciem obfirmat, et immotus facit, sicut pudor, avertere faciem, ac discedere ab incepto. Sic Dent. 28, dicitur: *Gens obfirmati facie*; pro quo Vulgatus dixit *gentem proacissimam*. Sequitur enim: *Quæ non deferat seni, neque misereatur pueri*. Est autem canis naturâ impudens. Sensum ergo Vulgatus reddidit; ego verba retinui, *obfirmati animi, vel animæ*. Vi detur autem *anima* pro *ingluvie* accipi posse. Quod autem sequitur hujus est expositio. **NESCIENT SATURITATEM**. Potest addi aut etiam omitti relativum, *qui non noverunt saturitatem*. Ignavorum hoc certè est, nam qui vident, qui intellegunt et sapientiâ præditi sunt, præterquam quod ipsâ sapientiâ pascentur, paucis etiam contenti sunt: nam neque corpori nimium indulgere sinit ipsa sapientia, multorum etiam coærvationem esse inutilem et sapiente viro indignum intellegunt, ut quæciò relinquere oporteat, et animum à vero et bono avocent. Adde, quod absque aliorum injuriâ vix acquiri possunt, et si acquisita aliis non communicentur, insipientiam possessoris et crudelitatem produunt. Quam autem insatiabilis fuerit Ecclesiasticorum illius temporis avaritia, Evangelia satis indicant. Habes igitur vitia quibus laborabant Ecclesiastici, cæcitatè seu ignorantiam, ignaviam, taciturnitatè, otium, desidiam, delicias, ingluviem, avaritiam. Quantum verò hæc *speculatoribus* et ducibus indigna sint, videant, queso, nostri, et meminere hæc *bestiis* tutum præbuisse ingressum et devorarent Ecclesiam Dei, ut ubicumque reperiant eisdem effectus sperare possimus. Legant hæc episcopi, et confundan-

tur; nam quod sequitur, licet ad eos posset referri, ad politicos magistratus puto pertinere. **PASTORES NON NOVERUNT, etc.** *Pastores* etiam profanis scriptoribus reges dicuntur, et *David* de pastore *ovium*, ut ipse ait, *vocatus est ut esset pastor Jacob, quem pavit summâ cum innocentia et sapientiâ*; et supra *Cyrus pastor* vocatur, etc. Etsi enim ab Ecclesiasticis pascentur verbo et exemplo spirituales oves, à magistratibus quoque diriguntur et gubernantur legibus et gladio, quem non *sine causâ portant*. His quoque ferè eadem vitia quæ Ecclesiasticis tribuere adscribit. Primum in his etiam taxat ignorantiam; nam sapientia in regibus et magistratibus summo perè necessaria est; unde apud Xenophontem legis: *Nihil magis in imperatore necessarium, quam quod cum sui sapientiore aliis existimant*. Haec autem opinio in tantum habiturus sit qui verè sapientior fuerit. **Leges Proverbia Salomonis, INTELLIGENTIAM**. Est Hebræis *habin*, *intelligere cum discrimine et judicatione*, 1 Reg. 5: *Ad intelligendum inter bonum et inter malum, id est, ad judicandum, etc.* Possumus itaque hoc loco vertere: *Non noverunt discernere, seu dijudicare*; quod magistratum præcipuum munus est, et ad sapientiam pertinet, quâ polleat Salomonem Israel intellexit, quando causam meretricum dijudicavit. **OMNES IN VIAM SUAM DECLINAVERUNT**. Sicut eo tempore, de quo dicitur in lib. Judicum 17: *Non erat rex in Israel, et unusquisque quod rectum sibi videbatur, hoc faciebat*. Declinare, seu *faciem vertere unumquamque in viam suam* est, quod cuique libit, id sequi; quisque pravitate cordis sui secutus est, hoc est, *tradit suis, omnes in desideria cordis eorum*. In his verbis designatur, quod nullis fuerit magistratibus Judæorum animorum consensus, non *idem omnes saperent*, sed omnium legum contemptus, et quisque sententiam ferret secundum sensum et mentem suam. Vitia autem mentem immutata docet etiam Ethnicorum disciplina. **UNUSQUISQUE AD AVARITIAM SUAM, seu utilitatem et emolumentum suam**; est enim *beta* à verbo quod *vulnerare* notat, ac deinde *avaritiam exercere*; quare pro *lucro* seu emolumento accipitur, qui qui intentus est alios vulnerare necesse est; vel quod qui hoc vito laborant, habeant in corde veluti vulnus, ut non à lucro mentem aut sensum valeant avertere, juxta illud Jerem. 22: *Non est oculus tuus et cor tuum, nisi ad avaritiam tuam, seu lucrum tuum*; Gen. 37: *Quod lucrum est, si occiderimus fratrem nostrum, etc.*, et Ps. 50: *Quæ utilitas (vel quod lucrum) in sanguine meo, etc.* Quod si de eâ republica, actum est, in quâ privati homines in questum et proprium emolumentum intenti sunt, neque communis boni ratione tanguntur; quid sententiam putas si hoc malum magistratus quoque invaserit? **A SUMMO USQUE AD NOVISSIMUM**. Hebr., *miccathesh*, quam vocem variè reddunt interpretes. Ego putarem pronomen alixum referre ipsam *questum*, seu *lucrum*, et *mem esse privativum, q. d.*: *Unusquisque vertit faciem ad lucrum suum, absque ejus termino*; quod avaritiam seu lucro finem non imponeret, sed *crecescit amor*

mummi quantum ipsa pecunia; nam nomen catech in statu regiminis et affixi, servat he. Quod si idem dixeris in infinitivo contingere, erit infinitivus cum mem, et idem quem dico sensus. Vulgatus pronomen affixum retulit ad nomen isch, id est, nemine dempto: idè dixit, ut summo usque ad novissimum.

Vers. 12. — VENITE. Mimicè voces eorum exprimà propheta: ex quibus quæ fuerint eorum mens et studia, non jam ex narratione sed ex re ipsa percipiemus. SUMAMUS. In Hebr. est in singulari; sed parum hoc ad sensum facit: *sumam vinum*; quisque sic loquebatur; alii, quasi respondendo, dicebant: *Potemus siceram*. Et ERIT. Sensus expressit Vulgatus, ego verbum verbo reddidi. Majorem et copiosorem computationem sibi in crastinum promittebant, quo intelligimus summum bibendi studium, de quo supra

CAPUT LVII.

1. Justus perit, et non est qui recogitet in corde suo; et viri misericordiae colliguntur, quia non est qui intelligat; à facie enim malitiæ collectus est justus.

2. Veniat pax: requiescat in cubili suo, qui ambulavit in directione suâ.

5. Vos autem accedite huc, filii auguratricis, semen adulteri et fornicariæ.

4. Super quem iusistis? super quem dilatâstis os, et eiecistis linguam? numquid non vos filii scelesti, semen mendax?

5. Qui consolamini in diis subter omne lignum frondosum, immolantes parvulos in torrentibus, subter eminentes petras?

6. In partibus torrentis pars tua, hæc est sors tua: et ipsis effudisti libanem, obtulistis sacrificium; numquid super his non indignabor?

7. Super montem excelsum et sublimem posuisti cubile tuum, et illic ascendisti ut immolares hostias.

8. Et post ostium, et retrò postem posuisti memoriale tuum; quia juxta me discooperuisti, et suscepisti adulterum; dilatâsti cubile tuum, et pepigisti cum eis fœdus; dilexisti stratum eorum manu aperta.

9. Et ornâsti te regi unguento, et multiplicâsti pigmenta tua; misisti legatos tuos procul, et humiliata es usque ad inferos.

10. In multitudine viæ tuæ laborâsti; non dixisti: Quiescam; vitam mandis tuæ invenisti; propterea non rogâsti.

11. Pro quo sollicita timuisti, quia mentita es, et mei non es recordata, neque cogitâsti in corde tuo? Quia ego tacens, et quasi non videns, et mei oblitus es. 12. Ego annuntiabo iustitiam tuam, et opera tua non proderunt tibi.

13. Cum clamaveris, liberent te congregati tui, et omnes eos auferet ventus, tollet aura; qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terram, et possidebit montem sanctum meum.

14. Et dicam: Viam facite, præbete iter, declinate de semitâ, auferite offendicula de viâ populi mei.

cap. 5: « Qui manè surgebat ad bibendum vinum, et in computationibus usque ad crepusculum permanebant, et potentiam suam in epotandis calicibus ostentabant. » Vitia itaque magistratum erant, ignorantia, proprius sensus contemptis legibus, inextinguibilis avaritia, et crapula atque ebrietas: quibus qui subjecti sunt, quoniam pacto alios regere possint nemo non videt. Vitio itaque Ecclesiasticorum et politico-rum principum factum est, ut populus Israeliticus libidini bestiarum fuerit expositus. Hæc eadem causa hodiè regna subvertit, religionem conculcat, et omnia mala quibus atteritur invexit, neque est qui condoleat aut, ut verius dicam, qui consurgat, et teneat Deum nostrum, ut velit tantorum malorum impetum sistere, et principes ac pontifices dare sicut antiquitus: quos quamdî non videro, in luctu et gemitu dies decum.

CHAPITRE LVII.

1. Le juste périt, et personne n'y fait réflexion en lui-même; les hommes de piété sont retirés de ce monde, parce qu'il n'y a personne qui ait de l'intelligence; car le juste a été enlevé pour être séparé de la malinité.

2. Que la paix vienne sur lui; que celui qui a marché dans un cœur droit se repose dans son lit.

5. Mais pour vous, enfants d'une devineresse, race d'un homme adultère et d'une prostituée, approchez ici.

4. De qui vous êtes-vous jonnés? Contre qui avez-vous ouvert la bouche et lancé vos langues? N'êtes-vous pas des enfants perdides et des rejets des légitimes?

5. Vous qui cherchez votre consécration dans vos dieux, sous tous les arbres chargés de feuillage, qui leur sacrifiez vos petits enfants, dans les torrents, sous les roches avancées?

6. Vous avez mis votre confiance dans les pierres lissées du torrent; c'est là votre partage. Vous avez répandu des liqueurs pour les honorer; vous leur avez offert des sacrifices; après cela, non indignation ne s'allumera-t-elle pas?

7. Vous avez mis votre lit sur une montagne haute et élevée, et vous y êtes montés pour y immoler des hosties.

8. Vous avez placé vos monuments sacrilèges derrière votre porte, derrière ses poteaux. Jusqu'à présent, vous n'avez pas rougi de vous découvrir et de recevoir les adultères; vous avez agrandi votre lit; vous avez fait alliance avec eux, et vous avez aimé leur couche sans vous en cacher.

9. Vous vous êtes parfumée pour plaire au roi, vous avez recherché toutes sortes de senteurs, vous avez envoyé vos ambassadeurs au loin, et vous vous êtes abaissée jusqu'à l'enfer.

10. Vous vous êtes fatiguée dans la multiplicité de vos voies; et vous n'avez point dit: Demandez en repos. Vous avez trouvé de quoi vivre par le travail de vos mains; c'est pourquoi vous ne vous êtes point mise en peine de me prier.

11. Qui avez-vous appréhendé? De quel avez-vous eu peur pour me manquer de parole, pour m'effacer de votre mémoire, sans rentrer dans votre cœur? Vous n'avez oublié parce que je suis demeuré dans le silence comme si je ne voyais pas.

12. Je publierai quelle est votre justice! et vos œuvres ne vous feront aucun profit.

13. Lorsque vous crierez, que tous ceux que vous avez assemblés vous déshonoreront. Mais le vent les dispersera tous; ils seront emportés au moindre souffle. Au contraire, celui qui met sa confiance en moi aura la terre pour héritage, et il possèdera ma montagne sainte.

14. Je dirai alors: Faites place, laissez le chemin libre, détournez-vous du sentier, ôtez de la voie de non peuple tout ce qui peut le faire tomber.

15. Quia hæc dicit Excelsus, et sublimis habitans æternitatem, et sanctum nomen ejus; in excelsis et in sancto habitans, et cum contritio et humili spiritu, ut vivificet spiritum humilium, et vivificet cor contritorium:

16. Non enim in sempiternum litigabo, neque usque ad finem irascar; quia spiritus à facie meâ egredietur, et flatus ego faciam.

17. Propter iniquitatem avaritiæ ejus iratus sum, et percussi meum; abscondi à te faciem meam, et indignatus sum; et abiit vagus in viâ cordis sui.

18. Vias ejus vidi, et sanavi eum, et reduxi eum, et reddidi consolationes ipsi, et lugentibus ejus.

19. Creavi fructum laborum pacem, pacem ei qui longè est, et qui propè, dixit Dominus, et sanavi eum.

20. Impii autem quasi mare fervens, quod quiescere non potest, et redundant fluctus ejus in conculcationem et lutum.

21. Non est pax impiis, dicit Dominus Deus.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — Quorsum tendat hæc oratio non ita facile est intelligere. Ego certè existimo hoc et duobus seq. cap. Isaiam statum rerum judaicarum describere, jam indè à suo tempore, à diebus videlicet Achaz, usque ad adventum Christi. Ostendit autem quòd propter scelera, præsertim idololatriæ, puniendi essent, nempe captivitate Babilonica, justis tamen interim non defuturum solatium; postea verò, omnia occupante peccato et ingravescente iniquitate, adveniret Redemptor. Scio quidem multa ex his ad Christi tempora posse referri, sed aliorum hæc in re operam in libris ipsorum videre poteris. *Justus perit*, sicut in Psal.: *Defecit sanctus: abas est Hebræis tolli, auferri, cum ipsius rei perditione. NON EST QUI RECOGITET, vel qui consideret, et altâ mente reponat.* Hebr., *ponere super cor dicit pro animadvertere, et rem penitus considerare.* Quod verò velit propheta, quòd in morte justorum considerarent homines, mox aperiet hoc eodem versu. *ET VIRI MISERICORDIÆ, seu pietatis;* id est, pii in Deum et patriam, etc. COLLIGUNTUR. Quod dixit in primo membro rursus more Scripturæ repetit; idem enim intelligit per *justum*, et per *viros pietatis*; idem per *perire* seu *auferri*, et *colligi*; idem per *non ponere super cor*, et *non intelligere*. *QUIA NON EST QUI INTELLIGAT.* Quia redundat; ad verbum, in non intelligente; cum non sit qui intelligat, vel non existente qui intelligat, ut Proverb. 8: *In non abyssis*, id est, nondum existentibus, etc., nisi dicas *been* scriptum pro *eben* ejusdem ferè prolationis; pro quo Chald. *vlo.* *A FACIE ENIM MALITIÆ COLLECTUS EST JUSTUS; hi pro quòd encliticè accipiendum est, quasi hoc sit quod nemo consideraret, videlicet quòd à facie malitiæ, id est, propter malitiam, vel antequàm adventaret malitia, ablati sit justus, non videlicet eam videret et experiret. Malitia autem Hebræis etiam est nomen pœnæ, ut Genes. 19: *Non potero evadere hanc malitiam,**

15. Car voci ce que dit le Très-Haut, le Dieu sublime qui habite dans l'éternité, et dont le nom est saint: J'habite dans le lieu très-haut, dans le lieu saint et avec l'esprit humble et le cœur brisé, pour donner la vie à ceux qui ont l'esprit humble, pour la donner à ceux qui ont le cœur contrit.

16. Car je ne disputerai pas éternellement, et ma colère ne durera pas toujours, parce que la vie de l'esprit est sortie de moi, et c'est moi qui ferai revivre les âmes.

17. Mon indignation s'est éteinte contre mon peuple, à cause de son iniquité et de son avarice, et je l'ai frappé; je me suis caché de lui dans ma colère; et il s'en est allé comme un vagabond en suivant les égarements de son cœur.

18. J'ai considéré ses voies, et je l'ai guéri; je l'ai ramené, je l'ai consolé lui et ceux qui le pleuraient.

19. J'ai produit la paix qui est le fruit de mes paroles; je l'ai donnée à celui qui est éloigné et à celui qui est proche, dit le Seigneur, et j'ai guéri l'un et l'autre.

20. Mais les méchants ne goûtent point cette paix que j'ai donnée à mon peuple fidèle; ils sont comme une mer toujours agitée qui ne peut se calmer, et dont les flots vont se rompre sur le rivage avec une écume sale et bourbeuse.

21. Il n'y a point de paix pour les méchants, dit le Seigneur Dieu.

(*seu hoc malum*), ne quando apprehendat me malitia hæc; et supra 45: *Faciens pacem, et creans malitiam*, seu *malum*, etc. Hic locus videtur exponi in libro Sapientie, cap. 4, ubi ad Enoch et ad hunc prophetam locum facta allusione dicitur, quia Deo placuit, cum inter peccatores viveret, de medio sublati raptusque, ne malitia immutarentur sensus illius, neve anima ejus fraude circumveniretur: quod de utriusque malo intelligere possumus. Sic etiam hic locus quem præ manibus habemus intelligi potest, quòd Deus justos et pios viros, veluti sibi charissimos, ad se colligat; et de mundo auferat etiam non multorum annorum setate completâ; tum ne, si diutius viverent, à pietate discederent propter peccatorum consortium et vim peccati, quod interdum inundare videtur et omnia convellere, ut hæc nostrâ tempestate fieri videmus; tum etiam, quòd quasi illis indulgens et condolens nolit eos calamitatis quajuspiam ingenis testes aut participes esse; quemadmodum Augustinus obsessâ civitate à Barbaris, et plerique alii justî, quorum spiritum non volens Dominus contristare, eos quasi ante tempus et veluti immaturâ morte rapit; quod amorem pietatis in hominum peccatoribus enutrire et augere debet potius quam remittere; nam ut in Ecclesiastico habetur, *exemplum est emendanda vitæ nationibus*; propterea enim hoc privilegio donantur qui Deo placent: et, ut ait de ipso Enoch Apostolus, *prius quam auferretur, testimonium habuit quòd Deo placeret.* Id autem testimonium habuit Sap. 4, et Eccl. 44, præterquam quòd Genes. 5, dicitur *cum Deo ambulasse*. Si verò hoc dilectorum est aut diligentium, non est quòd condoleamus, sed quòd invidemus potius justorum funeribus. Optandum enim est cum Davide, ut nobiscum agat Deus *secundum judicium diligentium nomen ipsius*. Insuperius vero, cum mori miserum vident, præsertim in juventute, tantum

abest ut propterea iustitiam et pietatem colant, ut vel ea de causâ, quod ad se justos citò Deus dicatur colligere, quòd indulgent. Meritò itaque dolebat propheta, quòd in morte iustorum nemo secum reputaret, à facie malitiae illos rapi; nam si hoc cogitasset, aut inducerentur ut pietatem colerent, aut sibi saltem timerent, qui ad majorem congressum servarentur. Dignum profectò est ut hanc philosophiæ divinæ partem apprehendamus: et quid in iustorum obitu considerare debeamus ex hoc loco erudiamur; nempe quòd à facie malorum colligantur. Quod aperte Scriptura in Josiam commemorat, dicens 2 Reg. 14: *Colligam te ad patres tuos, et colligeris ad sepulcrum tuum in pace, ut non videant oculi tui mala quæ introducturus sum super locum istum.* Ergo cum propterea eos auferat Deus, id omninò est quod nos cogitare debemus, ut nobis timentes ad emendationem vitæ incitemur, ut ex Sapiente jam dixi.

VERS. 2. — VENIET PAX, vel *veniet schalom*, Quid agatur cum iustis exponit; et puto quòd mortem appellet pacem; *shalom* enim est interdum Hebræis tranquillitas, et felix rerum status; opponiturque *perurbationi*, seu *perturbato rerum ordini*. Mors autem iustorum pace huiusmodi plena est: et Simeon: *Nunc dimittes serum tuum in pace*, id est, tranquillâ morte, et in quâ morientibus nihil deesse videatur. Etenim perfectionem quoque nomen notat; ait ergo: *Veniet perfectio* nomen notat; ait ergo: *Veniet tranquillitas* mors, quam scilicet summam pacem et felicitatem reputant viri pii. REQUIESCANT, vel *requiescant, iamku*. Pii, adveniente morte, *super cubilia sua requiescant*, id est, in sepulcris omni prorsus malorum timore sublato. QUI AMBULAT IN DIRECTIONE SUA, Quia hic singularem numerum videntur quidam, contextum luxârunt, ut pro *requiescant*, legerent *requiescat*; nam *requiescent* scriptum reliquit Hieronymus, et ita conjugendum putavit: *Veniet pax iusti*, id est, Christi, *qui ambulat in directione sua*, et *requiescent in cubili suo*, quasi sit similis oratio illi: *Sagitta tua acuta (populi sub te cadent) in corda inimicorum regis.* Sed cum verba pluralis numeri passim Hebræis cum nomine singulari jungantur, præsertim participio, cum indefinitus est sermo; non est cur negemus participium *holer, ambulans* construi cum verbo *requiescent*, ut sit sensus: «Requiescent in cubilibus suis, ambulantes ante eam, nempe pacem. Veniet, inquit, tranquillâ mors iustis, quam illi læti suscipientes in sepulcris suis requiescent, ut qui semper præ oculis eam habuerint, et ante eam perpetuò ambulaverint; istis enim non est terribilis neque amara mors, quorum vita est mortis quedam meditatio.» Hic sensus planus est; neque te conturbet huiusmodi acceptio vocis *neceæ*; nam Prover. 5, sic accipitur: *Coram oculis Jehova vivit viri*; et Jerem. 17: *Annuntiatio labiorum meorum coram facie tua, Jehova*; Jud. 18: *Ite in pace, coram Jehova via vestra*, etc. Eadem autem vox aliis punctis *rectum*, seu *rectitudinem* notat, ne quis Vulgatum immeritò reprehendat. Hinc habes quibus mors sit pax et tranquillitas, nempe iustis, qui eam

perpetuò meditantur; et quare pii viri mortem expectant.

VERS. 3. — VOS AUTEM ACCEDITE, etc. Rectè *Vulgatus* *vam* pro *adversativâ* accepit; et *vos*, pro *tu* et *eos*. Illi quidem quiescunt à laboribus suis, et in pace dormiunt: de vobis verò quid agendum sit, accedite ad me ut audiat. Vocat autem *filios oenanah*, id est, *venefica*, quæ oculis nocet et fascinat, quasi venena diffundens; neque malè *auguratricem* dixit *Vulgatus*; nam ab *ain*, id est, *oculus*, est verbum *avan*, q. d., *ocularit*, id est, oculis observavit; unde nomen *anan* de quo supra cap. 2, et 27, pro *observatoribus*, qui vel ex stellis, vel avibus, vel exstis conjecant superstiosè futura vel occulta. Judæos ergò sic vocat, quòd plurimi ex eis istis artibus vacarent. Unde Synagoga *venefica* dici commenit. ET FORNICABERIS. Ad verbum: *Et fornicaberis*: q. d., semen, generatio, quæ præteritis adulteriis et fornicationibus non eris contenta, sed adhuc fornicaberis, et mores tuos persequeris, et patrum vestigiis insistes. Vide, quibus nominibus cognominentur qui à Deo deficiunt.

VERS. 4. — SUPER QUEM EXISTIS, vel *lascivitis*, vel *lucrurati estis*, ut sit quod Paulus ait de viduis impudicis, *cum luxuriato fuerint in Christo*, id est, Christo repudiato, et contra fidem illi datam; et Hebræis *al* non rarò sic accipitur pro *contra*. Et hic sensus mihi aridet; nam adulterii et fornicationis meminerat. Indignissimum autem videri debebat, quòd marito Deo abjecto fictitios deos coleret, et turpiter illis supplicarent. Quidquid autem pro Deo colitur, hæc ratione viri nomen seu *mariti* accipit; quia illi mens sese submitit, et ante eum humiliter homo, humilitationem autem mentis curvationibus et supplicationibus exprimit. Ab hoc deinde cultu et humiliatione veluti fecunda anima ea exsequitur quæ Deo marito suo adlubent, atque isti sunt liberi seu pignora quæ animos conciliant; à Dei quidem congressu fidei et dilectionis opera procedunt; ab aliorum verò oblatione filiorum per ignem immolationesque eorum, quibus gaudet mirum in modum inimici demones. Si verò non de hæc lascivâ, sed de deliciis, id est, opiparis conviviis quæ in gratiam deorum instruunt, deque saltationibus et choreis, cantionibus quas in laudes idolorum componebant, et ludis quos instituebant verbum *anag* accipias, quæ omnia erant contra Deum, non prohibeo; imò significationi vocum satis convenit hæc acceptio, et sequentibus non minis. STREPERE QUEM DILATASTIS OS, vel *contra quem?* Laudes deorum sunt convicia in Deum, et contra Deum apertabant ora qui dicebant de vitulo: *Isti sunt Dei tui, Israel, qui eduxerunt te de terrâ Egypti*; ubi *comdisse* et *lussisse* legis Israelitas. Ad quem locum fortè hic alluditur. At quis prohibet ut inter illos lusus et cantus, incalescentes mero et fureis agitados, in vituperationes et convicia quoque in Deum, prorupisse intelligamus? ut cum dicebant *melius habuisse quando serviebat militiæ cæli* apud Jeremiam, et similia multa. Est autem *dilatare os super aliquem, conviciari, conviciis lacessere*. In Psal. *Dilataverunt super me os suum*

non semel legis; et ferè idem est, quod sequitur: *EXECISTIS LINGUAM, vel proavisistis, sive exsertistis.* Similibus perennatelo est et increpatio adversus *Sinacherib*, supra, cap. 27, v. 23. Adde, quòd est gestus quidam apud Hispanos et alias etiam nationes iridentium et nihili facientium quempiam, aperto ore linguam exsertare, qui usurpatus et à Gallis fuit, ut apud *Gellium*, lib. 11, cap. 15, ex *Quadrigrarij* verbis perspicere licet. Possimum hæc omnia etiam non de Deo accipere, sed de justis, de quibus paulò antè loquebatur, et sanctis prophetis quos deridebant et ludibrio habebant impii. *Quem enim prophetarum non occiderunt, aut non persecuti sunt?* ut est in Evangelio. Fortè et in funere eorum festa agebant, et insaniam eorum decantabant, et quòd ab eorum increpationibus liberati essent sibi mutuò congratulabantur. Cui expositioni quæ sequuntur non parùm favent. *NUMQUID NON VOS FILII SECESTI, etc.*, q. d.: *Aliam vitam à vitis valde immunem ducere eos necesse est, qui volunt in homines pios dicere, aut eos reprehendere. Vos autem nihil aliud quàm transgressionem sectamini dolis et fallacis pleni, etc.* Quòd si de Deo dicta sint, superiora sic connecte: *Numquid non, etc.*, q. d.: *Certè hæc ipsa re comprobatis vos esse transgressionis filios, ut non possitis non referre genus vestra, et semen fallax, aut falsum, quòd à patribus et eorum fide degeneravit: ut cum filii Abrahæ sitis secundum carnem et dicimini, nihil minus sitis quàm ejus filii; estis enim filii peccati et diaboli, idque operibus confirmatis.*

VERS. 5. — QUI CONSOLAMINI IN DIIS, vel *cum diis*. Plurale est nomen *al*, sicut *Psal. 29*, et *Exod. 15*, neque bene hic quidam pro *quercubus* accipiunt. *Fronoso; raanan*, quantum ex locis possum conjicere in quibus reperitur hoc nomen, est quod nos dicimus *fresco*; quare *virentem* dicere possumus. *IMMOLANTES, vel jugulatores, naturam: schaæat* enim propriè *ingulare* est. Indignitatem et horrorem ipsa simplicissima verba continent. Quo enim pacto hoc, nisi corruptâ admodum naturâ, quæ humanitatem suadere consuevit, et rationis usu ferè absorpto, fieri potuisset ut lætarentur voluptatibusque acciperent qui suos proprios nato jugularent? Meor occupat bruta animalia, si coram ipsis occiderant filii quos genuerunt. Ergo amenciores brutis animalibus erant illi homines, in quorum pectoribus charitatem hanc extinxerat scelus cui additi erant. Poterant super filiorum sanguinem, quos hic ad exaggerationem *italadim*, id est, *genitos*, seu *natos* vocat, letari, et amencitate arborum delectari, sub quibus sanguinem fundebant filiorum quos genuerant. Imò verò illis cum diis et talium deorum consuetudine, quibus tam impla sacra placebant, consolationem accipiebant. Annon natura ipsa pro incolumitate filiorum numina placare jubet? Annon consolatione hæud vulgari affici pater et mater putarentur, naturâ ipsâ instigante, qui ex naufragio aut lethali morbo filium salvum recepissent? Ergo ipsa natura ab eorum cultu revocabat deorum qui jugulatione filiorum pasciebantur. O mortales miseros, qui religionem quam

natura commendat deserunt, et religionis umbram, verissimum cacodæmonium inventum, vel ipsâ naturâ repugnante, apprehendunt! Vides, quòd major sit iniquitatis vis, quàm in plerisque rationis et virtutis ac vere religionis? Vides hominum stultitiam, qui asperissima pro mendacio patiuntur, et cum jucunditate perferunt; pro veritate autem nihil non grave ducunt? Sciendum tamen est in animo verè pio non minores esse verè pietatis vires quàm impietatis et sceleris apud impios; quod in *Levitis*, in *Abrahamo* et plerisque aliis satis apparuit. Sed Deus noster vitam hominum mavult quam mortem. IS TORRENTIBUS.

Vox necalim, valles et humilia loca propriè notat quæ *inter montes* sates: deinde et *torrentes* notat qui per hujusmodi valles decurrunt. Exemplum passim obvium sunt. Erant autem dii qui vallibus gaudebant et opacis lucis ac subobscuris; alii autem rursus excelsis in locis et in montibus cultum exagebant. Id videatur haberi ex variis locis *Scripturæ*, præsertim ex eo libro *Regum*, in quo narratur de illis qui dicebant: *Dii eorum sunt dii montium, venite, et prælium in vallibus, etc.* SUBTER EMINENTES, etc. Sunt ad radices montium et in alveis torrentium excavatæ rupes et prominentes, sub quibus aræ erigebantur ad idolorum cultum, quasi ex antris prodiret numen, et ut religione tangerentur homines. Erant etiam ibi tui ab aeris injuriis, æstu et imbribus, ut tranquillitas et absque ullo impedimento sacra peragerent. Deorum enim est totum hominem sibi addicere, et quem homo Deum putat, ritè colendum esse duci. Hinc loca solitaria petere, et ab urbium tumultu secedere. Id enim tantum agendum est quod tunc agitur, neque aliò animus distrahendus. Imitatur autem religionem veram, quoad ejus fieri potest, superstitio.

VERS. 6. — IN PARTIBUS TORRENTIS PARTIS TUA. Paronomasia est in verbis Hebræis hæc invenusta. Vox autem *partim* interdum *lapides* notat, sunt autem in littoribus tam maris quàm fluviorum et in torrentibus orbiculati et glabri. Super hos sedere, et vestes deponere, et cibum capere ob munditiam juvat; super hos fortè propter munditiam filios jugulabant. Talis erat lapis qui fundâ rotato *David* gigantem percussit; et hæc voce notatur *1 Sam. 17*. Eadem autem vox aliâ formâ *portionem* designat et partem quæ cuique in *divisione* contingit. Ergo in *saxis torrentis* dicit propheta sibi *portionem*, et sortem delegisse *Judæos*, quasi hæc sorte contenti essent; sicut suos *Leviticæ* tribus erant *Dominus* et cultus ejus, ut ad hæc sortem fiat allusio. Vel certè cum frequenter ad cultum idolorum ad torrentem convenirent, necesse erat saxa et rupes sorte inter eos distribuere, quod illis pro summo opprobrio obicit *Dominus*, ut sit sensus: *In saxis torrentis portio tua*, id est, aquis portionibus saxa et rupes sorte dividit. HÆC EST SORTIS TUA. Hebr. *Ipsi, ipsi sors tua*, nempe *lapides et saxa torrentis*. *Non mentior*, inquit; *vera narre; ipsi, ipsi, inquam, lapides sors tua sunt, et sorte tibi dividantur; tantus est idololatrarum concursus, tanta frequentia, tantus fervor ac tanta devotio*. Quid si in hoc membro ludat propheta,

et sit tacita irrisio ex animi indignatione? q. d. : In lapides sortem mittis, et lapides tanquam hæreditatis portiones sortis tibi divili facis; ipsi, ipsi, inquam, erunt sors tua, ut non nisi lapides et inutilia saxa possideas, et saxum ipse sis, similis effectus diis « quos colis. » Quid si per saxa torrentis per contemptum ipsa idola significet, quòd idola quæ colebant in torrente nihil differant à saxis ipsis torrentis, et tot essent quod in torrente erant saxa, et hæc sorte distribuerent ut ea colerent? ET IPSIS EFFUDISTI LIBAMEN. Potest hoc pronomen *ipsis* et ad deos, quorum meminit versu superiori, vel ad ipsos lapides et saxa torrentis referri. Est autem *nescio, fusto*, seu *libamen ex vino*, Num. 15, et Exod. 29, etc. NUMQUID SUPER HIS NON INDIGNATOR? Hebr. : An super his commiserabor? Sensus idem est. Etiam si mox ad narrationem redeat, hæc percontationem tamen, ob rei indignitatem, ex animi dolore inseruit, ut intelligamus ad perditionem hominum non nisi urgentibus rationibus impulsum Deum commoveri. Ea enim est quorundam scelerum impudentia, ea indignitas, ut si multa illa relinquere divina majestas, contra dignitatem suam agere videretur.

VERS. 7. — SUPER MONTEM, etc. Non diis vallium contenta deos quoque montium coluisti. CUBILE. Perseverat in adulteri similitudine. Ideò altare et cultum cubile vocat; ibi enim alteri viro prostitutebatur.

VERS. 8. — ET POST OSTIUM, ET RETRO POSTEM POSUISTI. Tutelares deos et lares designat. Ponebantur autem post ostium et postes, ut felix esset et faustus tam egressus quam ingressus; nisi post ostium dici volis figuratè et proverbialitè formà, quasi nullus esset absque deo angulus. MEMORIALE TUUM, vel recordationem; sic vocat sculptilla, quæ numinis memoriam renovabant; et in hunc usum in singulis domus partibus apponchantur, ut è memorià non dilaberentur; hoc enim videtur divinitas exigere. Quare id ipsum summopere sanctorum Patrum scripta commendant, videlicet ut Deum semper in animo, ejusque memoriam cordi impressam gstemus. JUXTA ME. Hebr., *de cum me*, id est, à latere meo. More mariti loquitur Dominus, à cujus latere surgere, et cum altero reat habere est supremum scelus, contemptus et infidelitas; hoc omninò designant verba. DISCOOPERUISTI, id est, abiens te discooperuisti. Est enim *galah, aperire, revelare*; constructum autem cum constructione alterius verbi perinde est juxta hebraismum ac si utrumque apponeretur; discooperuisti ex latere meo, id est, ex latere meo surgens te alteri denudasti. Cæterum cum *galah* sit de numero eorum verborum quæ contrarias habent significationes, nam significat apparere, ac disparere, quod fit migrando, exsulando, etc., et cum constructio conveniat, libenter pro migrare, seu recedere accipio; ex latere meo, è lecto eodem in quo mecum jacebas recedens alteri tui copiam fecisti. Hoc enim est Hebræum *alah*, pro quo Vulgatus doctissime vertit, sensum explicans: Adulterum suscepisti. In hæc significatione verbo ascendendi utitur Scriptura, ita ut in significatione passivà sit hoc loco accipien-

dum *thelohi*; neque enim de ascensu in montes arbitrò vocem hæc intelligendam. Unde ab ipso puto esse participium plurale femininum *clotah*, quod de le mellis dicitur, et pro *factis et uterum gestantibus*, vel *partu etiam exoneratis* accipitur, Gen 35, Psal. 78, etc., quod etiam verba illa, Gen. 31, significat, *Ecce arites ascendentes*, etc. DILATASTI CUBILE. Hoc et quod præcessit et quod statim sequitur optinè congruunt cum illis quæ sub Ahaz facta legimus, ult. Reg., cap. 16, nam et ipse rex *filium suum consecravit, immolabat quoque victimas, et adolebat incensum in excelsis et sub omni arbore virescente*. Ibi etiam legitur de nuntiis quos misit ad regem Assyriorum, quod dicitur versu 7, et quod occurrerit regi venienti, quod eodem versu habes. Quod autem illic dicitur de altari, quod edificari fecit in templo secundum similitudinem altaris quod viderat Damasci, et de altari *eneo, quod erat coram Domino, quod loco movit, et loco ejus altare majus secundum ritus gentium collocavit*; hic puto significari, cum dicitur, *è latere Domini surrexisse, et alteri succubuisse, et cubile suum dilatasse*.

PREPUGISTI CUM EIS FœDES. Neque ipsi rabbinii hæc versionem reprehendunt, imò sic ferè omnes vertunt; nam dicunt *carath* significare *pacisci*; quos neque mihi in animo est reprehendere; dico tamen nusquam me legisse in Scripturis *carath* pro *pacisci*, nisi cum nomine *berith*, sicut Latinis *ferre, scindere*, non significant *pacisci* nisi cum nomine *fœderis aut pacti*, etc. Ad verbum autem sic habent Hebræa: *Et scidisti tibi ab eis*, nempe diis gentium; et repetendum est nomen *cubilis*; dixerat enim: *Dilatasti cubile tuum*. Ex loco autem libri Regum constat altare majus ad similitudinem altaris Damasci fabricatum; unde sequitur: DILEXISTI CUBILE EOREM. Ut enim vidit altare quod erat Damasci, placuit illi; et cum ex Damasco rediisset, adoravit, et hostias super illud quod jam in templo constructum reperit immolavit. MANU APERTA.

Hebr., *iad casith*. Vulgatus *casith* ut nomen accepit à verbo *cazah*, id est, *vidit*. Sed quia hujusmodi nomen alibi non reperitur, *manum* hic Hebræi pro loco accipiunt; et nonnulla verba supplentes, quem volunt sensum conficiunt, viro illis admodum familiari; quos plerique ex nostris sequuntur. Dicere tamen possumus hic *manum* accipi pro *momento et opere eximio*; sicut nos dicimus interdum de imagine esse *manum Apellis*, id est, opus manu Apellis fabricatum. Sic 2 Sam. 18: « Absalon crexit sibi statuum, quæ est in valle regis, dicendo: Non est mihi filius, ut memoriam saltem relinquam nominis mei; vocavitque statuum secundum nomen suum, et vocata est manus Absalon, id est, opus seu monumentum. » Ita Ahaz cum vidisset altare Damasci, juxta ejus similitudinem aliud in templo erigi curavit: ideòque dicitur: *Dilexisti cubile eorum, manum quam vidisti*. Quod quamvis nemo rabbinorum annotavit, non propterea contemnendum ducas. Hæc necum considera, christiane lector, quo pacto Deus peccata quasi in sacculo signet, ut est apud Job; quemadmodum enim hominum operum nostrorum singulas circumstantias pon-

derat, ut pro omnibus retribuatur, sicut cum ait: *Et quòd fecisti rem hujusmodi, et non pepercasti unico filio tuo, etc.*, sic etiam in peccatis omnes semitas pedum nostrorum considerat. Ea audis objicientem concursum, sortes, loca, memoriam jugem, deinde è latere suo surrexisse ut alteri succumberet, quæ ab aliis accepisset dilexisse, et mox imitatum fuisse, ut discas rationem habere operum tuorum, cogitetque impurus sacerdos, quòd sit atrocis crimen ab altari Domini recedere, et membra Christi membra facere meretricis, et laicus, quid sit in templo Dei, dum res sacra peragitur, oculis lascivie inservire; ut præteream alia crimina inter Christianos passim obvia. Numquid super his commiserabitur Dominus? Notandum etiam est, etsi hæc inventa regis impii fuerant, populo objici à propheta: nam impii regis præcepto summus sacerdos obedierat, et populus illorum impietati acquieverat.

VERS. 9. — ONNABAS TE REGI. Corruptè legitur, regio. Objicit Assyriorum regi, quem propter excellentiam Regem absolutè vocabant, occurrisse Israelen cum oleo seu unguento, et multiplicibus pigmentis, quasi meretricem et adulteram, quæ adultero vult placere. Est alioqui oleum lætitiæ symbolum, quasi unctus et lætus occurreret regi. Verisimile quoque est balsamum detulisse, cujus in agro Jericuntino erant arbores. Unde Osee 12: *Deferentes oleum in Ægyptum, etc.* Nam cum gratiam habere vellet Israel Assyrio quòd adversus regem Syriæ hostis sui advenisset, processit ei obviam. Miserat autem jamdudum argentum et aurum, quantum potuerat: cultum quoque et religionem imitatus est; et ob hæc dicit propheta: *Er humiliata es usque ad infernum*. Coram ipso videlicet rege Assyriorum, significans sibi non esse vires ad resistendum regi Syriæ; quasi ergo plùs virtuti, potentie et amicitie Assyriorum quàm potentie et amicitie Dei confidisset, audit: *Usque ad infernum humiliatus es*. Nam et temporalis gloria et spiritali, quem in tutelâ veri Dei habuit, spoliatus erat Israel, regi extero et diis extraneis serviens. Ob quam causam etiam in Exod. 32 dicitur, quòd Aaron spoliaverit Israelen ad murmur inter hostes ipsorum; meritò enim Israelitis detraherent et in eos obmurmurarent, quicumque in eos insurgere vellent, audientes quòd relicto Deo qui eos de Ægypto eduxerat, deos Ægyptios maluissent colere, qui neque eos retinere in Ægypto, neque ipsos Ægyptios, ne submergerentur, eripere valuerant. Potest etiam hæc humiliatio ad tempora quæ subinde secuta sunt referri. Quis enim ignorat quàm humiliata ac depressa fuerit illa respública, jam inde ab eo tempore?

VERS. 10. — IN MULTITUDINE VIE, etc., *rab* hoc loco de longitudine vie dici existimo, ut Josue 9. Præter enim quòd ad Assyrium proficiscerentur pro auxilio, abeant quoque omnes quotquot à Deo recedunt, in regionem longinquam et vias difficiles perambulant. Possumus et de multitudine accipere: *In multitudine vie*, id est, in multiplicibus viis tuis laborasti. Nam plures deos colebant, et multiplices ritus adisco-

bant, qui uno potuissent contenti esse. Cum autem hæc omnia apta sint et apposita dicantur, ego tamen mallem *rab* in infinitivo accipere: *In multiplicando viam tuam laborasti*, id est, ut proficeres et progressus faceres in eo vite instituto quod ingressa es. Si verò ut nomen accipias, eodem tamen sensu interpretari licebit: *In multitudine*, id est, pro augmentatione et promotione studiorum tuorum laborasti. Objici itaque zelum et contumaciam, quòd pro impietate labores sustinuerit, quæ multò minori negotio Dei sui gratiam potuisset promereri et beneficiis omnipotentis frui. Non dixisti: *Quiescam*. Laborasti, inquit, et agones subisti; nunquam autem in ipsa rerum difficultate, quæ sæpè laborabas, subiti in mentem ab incepto desistero, ut impedimentis ullis cederes. De voce *noach*, pro quâ Vulgatus reddidit *quiescam*, sensum exprimens, variè sunt sententiæ; puto autem esse passivum *noach*, quod non est in usu in al., at in *piel* semel, Ecclesiast. 2, estque eo loco *abdicare animum, aut animo cadere præ diffidentia seu desperatione*. Usurpat autem hæc tertia persona passiva vocis pro eo quod Latini dicunt, *actum est*; diceceque licebit, *desperatum est*. Hunc locum videtur explicare ille Jerem. 2: *Prohibe pedem tuum ne demutetur, et guttur tuum à siti. Et dixi: Num desperatum est? Non: quia amo alienos, et post ipsos ambulabo*. VITAM MANUS TUE INVENISTI. Non destitisti ab incepto, quinimò prospecta es viam quæ ingredi opebas, ac tandem illud vite genus quod consequi optabas invenisti atque apprehendisti. In nomine autem *vite* est ironia; *vitam* enim vocat pestem atque ipsam mortem, quam tamen ipsi vitam reputabant; et *vitam manum* vocat vitam industriam partam. Sicut autem qui multo labore et industria ac variis discriminibus vitam seu vite remedia consequitur, ut sunt opes et similia bona, benè collocatos labores suos arbitratur, neque cum laboris pœnitit; ita objicit Dominus contigisse Israel. Atque hoc est quod sequitur: *Propterea non coluisti*. Ibi insinuat quàm se voti compotes arbitrarentur; et quante felicitati ducerent sese in amicitiam deorum insinuasse, cultus ipsorum rationem tenuisse, observasse ritus; et inter eorum cultores communeratos esse. O nos felices, dicbant, qui quod tandè optavimus, jam tandem tenemus! Q benè collocatos labores! Nihil molestum nobis contigit; nullus fuit labor, postquam voti compotes facti, deorum istorum sumus cultores, etc. Quod verò Vulgatus ait, nimirum Græcos secutus: *Propterea non rogasti*, perinde est ac si diceret: *Propterea animo elata nihil tibi deesse putas; neque Deo supplicas, aut quidquam petis more miserorum et inopum.*

VERS. 11. — PRO QUO SOLLICITA TIMEISTI? Hebr.: *Ecce quem metuisti et timeisti?* vel, *ecce quem reverita es, aut timeisti?* q. d., neminem. Sensum Vulgatus benè reddidit: *Etiam si videaris me colere, et invocare soleas in adversis, mentiris; nihil de me aut meo cultu sollicita es, neque ullo me timore tangeris; voces tantum habes et verba, corde longè es à me; et mendas et et mentiri soles; et tantum abest ut*

ne timeas, ut neque mei recorderis. » ET NOS COGITASTI, etc. Hebræa, et non posuisti super eorum, etc. Quidam? Quod ego tacens, vel (ut est in Hebræo) *animo ego tacens*. Non, inquit, existinare deberes, cum non subito animadverto in te, ignorare me res tuas, aut alia quavis ratione impunitatem tibi promittere; quin potius hoc sedula mente deberes attendere, quod ego tacens, et à seculo, id est, quod à seculo conseruerim tacere, atque aliquandiu dissimulare. Nam quod in Vulgato legitur: ET QUASI NON VIDENS non habetur in Bibliis Hebraicis. Symmachus tamen videtur legisse: ET MEI OBLITA ES. Hebræa: *Et me non timebis*, id est, nequaquam timere soles; non cogitasti quod ego conseruerim tacere, neque me times.

VERS. 12. — EGO ANNUNTIABO IUSTITIAM. Ego faciam ut omnes intelligant quam justa sis. Ironia est: hypocrisin enim et falsam iustitiam Iudeorum tradidit Deus, quoties eos potestati hostium tradidit. Nam si in illa republica fuisset verum iustitiam studium neque obtinisset falsitas seu mendacium, nequaquam aduersus eos preualissent hostes; unde illi palmam testabantur, in exilio se idcirco relictos fuisse à Deo, quod ipsi Deum reliquissent. Vide Jeremie Lamentationes. ET OPERA NON PRODERUNT, vel non subleuantur; non enim subleuantur affertur in aduersis hypocritarum bona opera, aut falsa sanctitatis signa, ut que gratiam hominum pro præmio habuerint, quia propter homines facta sunt; vel opera vocat idola que fabricauerunt.

VERS. 15. — CUM CLAMAUERIS LIBERENT TE, etc. Ubi sunt dii eorum, in quibus habuerunt fiduciam? Dicebat Moses: *Surgant et opitalentur vobis, et in necessitate vos protegant*. Hic congregatos vel illam decorum turbam vocat de qua paulo antè, vel auxiliares copias quas multo auro conduxerant aduersus Syriæ regem; quas non allaturas auxilium Iudæis significat, quando Chaldaei aduersus Jerusalem venirent. Nam (ut ex Scripturis conficitur) jam Chaldaei subditi erant Assyrii, et Babylonii erant rerum domini; ob quod fortè dictum est quod omnes eos leuare ventus, auferret vanitas, id est, levis aura; quod de diis fictitiis verum quoque est. Potest et hoc ultimum membrum sic accipi, ut mutata personâ de ipsis Iudæis dicat: *Omnes eos leuabit ventus*; q. d.: Quid clamabunt? è terrâ hæc, veluti palæe quisquiliæque iactabuntur, et vento auferentur. QET AUTEM, etc. Cum sui temporis scelera propheta commemorasset, ob que non posset Deus non immittere flagella, eujusmodi fuit captiuitas Babylonica; jam tamen aperit, eos qui respicerent et flagellis ad sanam mentem reducti in Deum sperarent, non penitis oblivioni tradendos fore, sed è captiuitate redituros, ut Deum laudarent. Quod tamen beneficium ad tam improbam gentem in officio continendam non potuisse sufficere prævidet propheta atque præannuntiat sub finem captiuitatis; inquit igitur, penas dabit, et instante captiuitate clamabit; nusquam tamen apparebunt illi restri congregati, sed universos tam illos quam vos calamitatis ventus

auferet; non tamen omnino abolebitur gens hæc; sed qui protectionem in me quaesierint, et in me spem collocaverint, non jam ab idolis, non jam ab amicis protectionem sperantes, adducam eos ut iterum possideant terram hæc, et in eâ diuitiis vitam agant.

VERS. 14. — VIAM FACITE, seu, ut est in Hebræo, sternite; sternite, id est, complanate viam. DECLINATE DE SEMITA; phannu darec; id est, facite ut faciem habeat et superficiem planam. Hæc est vis verbi phannah in piel; quod melius explicare non possumus quam verbo repurgandi, evertendi, ut Sophon. 5: *Inimicos tuos evertit, ne occiparet faciem terræ*; sic etiam Genes. 24, et Malach. 5, et supra 40. AUFERTE, etc., elevare. Elevare pro auferre dicit Hebraismus non raro, ut versu præcedenti. Hæc autem verborum congeries nihil aliud notat quam Deo benevolentiam erga suos, qui nolit illos, quorum ipse miseretur, impedimenta aliqua reperire quibus iter eorum retardetur. Quæ etsi dicantur de rebus è Babylone, in universum vera sunt, et in illis qui ex regione peccati redeunt, complentur. Quod annotat sancti in illud Exodi, quod propterea voluerit Deus ducere Israelitas per terram Palestinorum, ne insurgent in eos; ut enim est apud Platonem: « Tamdiu difficile est hominem in recta contineri, quamdiu recti suavitatem non gustaverit; tota enim vita gustu ducitur. »

VERS. 15. — QUI HÆC DIXIT DOMINUS, q. d.: Ne mireris quod is qui tam severè populum ex terrâ suâ eiecerit, tam sedulo nunc eorum reditum speret, ut et viam expurgare et lapillos ex eâ auferri curet; nam in hunc modum dixit, y. e. Et suspensa est oratio usque ad versum sequentem. Antequam enim quid dixisset annuntiaret, exordio utitur quo mores Dei explicat, ingenium et naturam; cui satis convenire videbis quæ jam dicturas est Deum dixisse. EXCELSUS ET SUBLIMIS. Sensus est, ille, qui cum sit excelsus, et supra omnia, et æternus, et cuius nomen est sanctum, et iuxta naturam suam excelsum quoque locum inhabitat et sanctum, ille, inquam, qui cum talis sit, cum contrito tamen seu contuso et qui est humilis spiritu cohabitabit, y. e. cor et spiritum vivificet, recreet et consoletur; is, inquam, dicit, quod non in æternum litigabit, etc. Argumentum tale est, eum, qui cum sit excelsus humilia respicit; qui cum sit in caelo, respicit quæ sunt in terrâ (ut est in Psalmo); qui cum caelum inhabitat, cohabitabit quoque humilibus et abjectis; qui cum æternus sit et impassibilis, nihilominus contusorum habet rationem, ut eis medeatur; eum, inquam, profecto nequaquam deceat in æternum non litigare, etc., neque quos abjecerat, tam amanter reducere. Ergo juvabit in memoriam revocare que sit Dei nostri misericordia, qualis erga humiles et calamitatibus fractos, ut quem iratum sensit, affabilem adhuc nos experturos sperare possimus. HABITANS ÆTERNITATEM, vel æternum manens. Posset sic profecto homo cogitare: mortalitas curat æternus; fracturas peccatorum sanctus; humiles et abjectos excelsus et sublimis; quis ergo mortalis

et peccatis eisdem ac reliquis vite humanae conditionibus obnoxius, fratres, peccatores contractos averfabitur? Ut vivificet spiritum, etc. Ita Paulus: QUI CONSOLATUR HUMILES, CONSOLATUS EST NOS, etc. Facit hic locus ad illum Evangelii becum: *Confide, filii, remittantur tibi peccata tua*, etc.

VERS. 16. — NON ENIM, vel, quia non; vel, quod non. Nihil mirum quod auferre offendiculum, etc., jubeam; non enim is sum qui non conseruerim à lie discedere et risâ. Scio quando opus est contendere, increpare peccatores, ut ab incepto desistant, et in eos quoque interdum animadvertere; novi quoque rursum mitis cum eis agere et penitentiam placari. USQUE AD FINEM. In superioribus de hæc voce et phrasi dictum est. Deus noster in finem diligit, quia finem amoris attingit; et quod ultra amor progredi non posset, pervenit: at non in finem indignatur, neque ea omnia iratus inferre que posset, et indignatio suppeditaret, et peccata nostra exigent. Quare cum diuitiis in irâ persistere videretur, objicit propheta, *ut quid Dominus irascitur in finem*, etc. SPIRITUS A FACIE MEA EGREDIETUR, id est, ego, cum volo, spiritum exhalare facio; aufero enim spiritum principum. Sensus, non verba reddidit Vulgatus, verbum enim Hebr. *ataph* est *tegere*, seu *obru*, ut non appareat. Thren. 2, verbo deficiendi reddidit Vulgatus bis, et Jonæ 2, verbo angustiari; quo verbo reddidit, *Spiritus à facie meâ operitur, tegitur, obruitur*. Hæc phrasi nos Lusitani utitur, *operit cor pro calidè tristari*, Hebræi pro *mor*. Ego, inquit, sum qui occido; sed ipse quoque cum qui vivere facio; et hoc est quod sequitur: *Et status ego feci*. Quod si utrumque meum est, percutere et sanare, deducere ad inferos atque reducere, jam verò perens, jam humiliavi usque ad inferos: non id perpetuò me agere expectare debetis, sed ut rursus sanem et vivificem. Quod si *iatophi* activè accipiamus, ut, teste Hieronymo, acceperunt Symmachus et Aquila, sensus erit: *Spiritus meus, qui à facie meâ, supple egreditur, operit, obteggit et omnia occupat*; id est, ego sum qui omnia spiritu meo vivifico, et do spiritum habitantibus in terrâ, etc. Qui igitur fieri potest, ut omnino perire sinam homines, etc. Sed ut hæc interpretatio constet, nonnullæ voces supplendæ erant: quod piis et doctis non placet.

VERS. 17. — PROPTER INIQUITATEM AVARITIÆ. De hoc avaritiæ studio, cui dediti erant principes Judæorum, tam ecclesiastici quam seculares, diximus superiori capite. Hinc universa lues vitiorum in republicam eorum proflixit ob que iratus Deus eos in captiuitatem abduxit. ANSCOSI. Quod sequitur: *Faciem meam*, ex commentario Hieronymi aliquis textui inseruit; et infinitivum pro præterito accepit Vulgatus more Hebræorum. Existimo tamen esso peculiarem phrasim, quæ et nos utitur Hispani. *Percussus abconcedendo*, id est, latenter et alterius manu. Putabant enim Chaldaei, se esse illos calamitatis præcipuos auctores; at Deus erat qui per eos percutiebat. ANTR VAGUS. Hieronymus in commentariis legit *marens*, secutus Græcos. Vel conversus, inquit, aversus diceere

possimus, ut apud Jeremiam: *Convertimini, filii aversi*. Sed sensus idem est; nam *converti in viam cordis sui, et averti à Deo*, re idem sunt. Hic planè videtur loqui de desiderijs cordis ipsos ipso Deus, tradidit propter alia scelera; nam *peccata peccatis puni Deus*, ut inquit Augustinus. Potius autem de hoc exilio et peregrinatione loquitur quam de illâ que hæc consecuta est corporali; quia qui in Chaldaeam abducebatur ex Sion aversi, à Deo prius se averterant. Hanc etiam aversionem prius curat, et huic prius mederi solet. Nam qui errant in solitudine, et viam que ducit ad civitatem in qua habitent non inveniunt, esurientes et sitientes, et animo quasi deficiente, non prius in viam rectam delectantur quam clamant ad Dominum, et misericordiam ab eo consequuntur. Quare que sequuntur reductionem à peccato non minis sonant quam è Babylone. Nec mirum; nam typum et veritatem simul non raro propheta enarrat.

VERS. 18. — VIAS EIUS VIDI, etc. Superior versus illud membrum explicat: *Spiritus à facie meâ obruetur*; hic autem alterum: *Et status ego creavi*. Vidi, inquit, et sanavi, aut medicatus sum; condolui, cum viderem quantum deflecerent à viâ vite; quare medelam adhibebo. Futura sunt in Hebræo; sed parvi referunt. Commovit autem Deus ad penitentiam Israelæm in captivitate detentum, ut agnosceret errata sua, sicut legis in oratione Danielis, etc., ac deinde: *DEDUXI eos*. In Iudeam, et reddidi consolationes, quibus dudum fuerant destituti, et lugentibus ejus. Sunt qui verunt, *lugentibus eam*; sed sensus idem est. Scio quod per Christum data est corona pro cinere, oleum pro lactu, etc., sed ego scriem orationis contextu; quod qui facit, multa prætereat necesse est, quæ aptè in singula verba dicta aliqui videri poterant.

VERS. 19. — CREAVI FRUCTUM. Hebræis est participium, *creans*; quod pro presenti accipi potest, sicut et futura quæ paulo antè præcesserunt. Potest et præcedenti verbo jungi: *Reddam consolationes, creans fructum*, etc., sunt autem qui fructum laborum dicunt esse quod Paulus ait: *Reddemus titulos laborum contentium Deo*, etc. Puto tamen hic ipsam pacem dici fructum laborum. Quo, inquit, ut pax annuntiaretur labijs hominum; que facit nomen nîb, qui ipsus terra proventus propriè designat, sicut et verbum nîb, fecunditatem notat. *Proventus*, inquit, *laborum erit pax*; nihil aliud quam pacem sonabunt passim ora hominum. Verum qui in pace reddidit Judæis per Persarum reges vidi propheta pacem que pro Christum mundo obveniret, non solum Judæis pacem sed et gentibus annuntiamdam affirmat. Sic enim exponit locum hunc Apostolus ad Ephes. 2, et pro fructu laborum dixit: *Evangelizavi pacem*, etc., gentibus, qui longè, et Judæis, qui propè.

VERS. 20. — IMPII AUTEM. Vix pro adversariâ particulâ non malè accepit Vulgatus ad *impij*, seu *improbi*, etc. Videbat autem Isaias Judæos qui è Babylone redituri erant, pace illâ abusus, et ad impietates et scelera prolapsuros, ob que perpetue calamitates eos manerent; propterea hæc verba adiecit, et

tandem affirmat ex ore Dei, quod licet iis qui longè et iis qui propè pax annuntiaretur; improbi tamen, quasi nec propè neque longè essent, expertes illius pacis forent. Quod non sine doloris sensu, neque sine indignatione protulisse prophetam existimo. Dolebat quippe propheta in tanto pacis proventu, gentem illam pace caritaram. MARE FERVENS, nigerasch, propulsum, et tempestate agitatam. Quid sentiat Spiritus sanctus de mentibus improborum, cogita hoc in loco, christiane lector. Vidisti unquam concitatum magnà vi ventorum mare? tales sunt, inquit, improborum mentes; quiescere non valent, affectibus suis et afflatu malorum spirituum.

CAPUT LVIII.

1. Clama, ne cesses; quasi tuba exalta vocem tuam, et annuntia populo meo scelera eorum, et domui Jacob peccata eorum.

2. Me etenim de die in diem querunt, et scire vias meas volunt; quasi gens que iustitiam fecerit, et iudicium Dei sui non dereliquerit; rogant me iudicia iustitiæ, appropinquare Deo volunt.

3. Quare iunximus, et non aspexisti; humiliavimus animas nostras, et nescisti? Ecce in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra, et omnes debitores vestros repetitis.

4. Ecce ad lites et contentiones jejunatis, et percussis pugno impiè. Nolite jejunare sicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelsis clamor vester.

5. Numquid tale est jejunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? numquid contorque quasi circulum caput suum? et saccum et cinerem sternere? numquid istud vocabis jejunium, et diem acceptabilem Domino?

6. Nonne hoc est magis jejunium quod elegi? dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes; dimitte eos qui confracti sunt, liberos, et omne onus dirumpe.

7. Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuam; cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris.

8. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et sanitas tua citius orietur, et anteibit faciem tuam iustitia tua, et gloria Domini colliget te.

9. Tunc invocabis, et Dominus exaudiet; clamabis, et dicet: Ecce adsum; si abstuleris de medio tui catenam, et desieris extendere digitum, et loqui quod non prodest;

10. Cum effuderis esurienti animam tuam, et animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua, et tenebræ tuæ erunt sicut merides.

11. Et requiem tibi dabit Dominus semper, et implebit splendoribus animam tuam, et ossa tua liberabit; et eris quasi hortus irriguus, et sicut fons aquarum, cuius non deficient aque.

12. Et edificabuntur in te deserta seculorum; fundamenta generationis et generationis suscitabis; et vocaberis edificator septimum, avertens semitas in quietem.

13. Si avertieris à sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, et vocaveris sab-

ritum agitate; quin etiam (ut Hebræa sonant) nunquam non steruus et lutum eiecitum. Est autem *rephesch* cum *schin* idem quod *steruus*; at si cum *samec* legatur, aut *sin* pro *samec* positum dicamus, ut *sapè* solet, est *perturbatio*, id est, *spuma*. Idcirco *concalcationem* vertit Vulgatus. Sic autem vocat re concalcatione dignas. Neque enim aliunde *egreditur impietas*, ut est in proverbio in libris Regum, quam *ab impiis*. Inutilia sunt etiam eorum opera, et *spumas* aut *luto* simillima, quæ non solum non prosunt, sed alios inquinant. Tales semper fuerunt Judæi, etiam post reditum à Babylone; quare sequitur.

CAPITRE LVIII.

1. Criez sans cesse; faites retentir votre voix comme une trompette; annoncez à mon peuple les crimes qu'il a faits, et à la maison de Jacob les péchés qu'elle a commis;

2. Car ils me cherchent chaque jour, et ils demandent à connaître mes voies, comme si c'était un peuple qui eût agi selon la justice, et qui n'eût point abandonné la loi de son Dieu; ils me consultent sur les règles de la justice; ils veulent s'approcher de Dieu.

3. Pourquoi avons-nous jeûné, sans que vous nous ayez regardés? Pourquoi avons-nous humilié nos âmes, sans que vous vous en soyez mis en peine? C'est que votre propre volonté se trouve au jour de votre jeûne, et que vous demandez tout ce qu'on vous doit.

4. Vous jeûnez pour faire des procès et des querelles, et vous frappez avec un poing impitoyable. Ne jeûnez plus à l'avenir comme vous avez fait jusqu'à cette heure, en faisant retentir l'air de vos cris.

5. Le jeûne que je demande consiste-il à faire qu'un homme allige son âme pendant un jour, qu'il donne comme un mouvement circulaire à sa tête, et qu'il prenne le sac et la cendre? Est-ce là ce que vous appelez un jeûne et un jour agréable au Seigneur?

6. Le jeûne que j'approuve, n'est-ce pas plutôt celui-ci? Rompez les chaînes de l'impie; déchargez de tous les fardeaux qui vous accablent; renvoyez libres ceux qui sont opprimés par la servitude, et brisez tout ce qui charge votre conscience.

7. Rompez votre pain à celui qui a faim, et faites entrer dans votre maison les pauvres, et ceux qui n'auront point d'asile. Lorsque vous verrez un homme nu, revêtez-le, et ne méprisez point votre propre chair.

8. Alors votre lumière éclatera comme l'aurore, et vous recouvrirez bientôt votre santé, votre justice marchera devant vous, et la gloire du Seigneur vous protégera.

9. Alors vous invoquerez le Seigneur, et il vous exaucera; vous crierez vers lui, et il dira: Me voici; si vous ôtez du milieu de vous la chaîne, si vous cessez d'étendre la main contre les autres, et de dire des paroles nuisibles au prochain.

10. Si vous assistez les pauvres avec effusion de cœur, et si vous remplissez de consolation l'âme affligée, votre lumière se lèvera dans les ténèbres, et vos ténèbres deviendront comme le midi.

11. Le Seigneur vous tiendra toujours dans le repos; il remplira votre âme de ses splendeurs, et il délivrera votre personne; vous deviendrez comme un jardin toujours arrosé, et comme une fontaine dont les eaux ne tarissent jamais.

12. Les lieux qui avaient été déserts depuis plusieurs siècles, seront en vous remplis d'édifices; vous relèverez les fondements abandonnés pendant une longue suite d'années; et on dira de vous, que vous réparez les haies, et que vous faites une demeure paisible des chemins aux passants.

13. Si vous vous empêchez de voyager le jour du sabbat, et de faire votre volonté au jour qui m'est consacré, si vous le regardez comme un repos délicieux, comme le jour saint et glorieux du Seigneur,

batum delicatum, et sanctum Domini gloriosum, et glorificaveris eum, dum non facis vias tuas, et non invenitur voluntas tua, ut loquaris sermonem;

14. Tunc delectaberis super Domino, et sustollam te super altitudines terræ, et cibabo te hæreditate Jacob patris tui; os enim Domini locutum est.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CLAMA, etc. Quod Judæi sint illi improbi, quibus nulla esset pax, propheta jam ostendit, et falsam iustitiam, cui dediti erant, coarguit; possunt autem hæc aptissime ad æ tempora referri quæ Christi Domini adventum præcesserunt; quibus cum præter idololatriam omni genere scelerum contaminati essent ante Deum, exteriori et carnali iustitiâ tantum contenti, putabant male secum Deum agere, quod non Messiam mitteret, ut eos à tantis calamitatibus, quibus post reditum à Babylone premebantur, liberaret. Quare magnas voces edere prophetam jubet Dominus, et ut magnis clamoribus ad se vocatos Judæos coarguat scelerum suorum. Neque malè pro *guttur* vocare, seu *vocem edere*, Vulgatus, *clamare* dixit. Possemus etiam verbo *prædicandi* reddere. Nomen autem *gutturis* per pleonasmum additur. ANXIENTIA, etc. Facilius per alios admoniti in peccatorum nostrorum cognitionem devenimus quam si nullus commonefaciat; nobis enim parcimus, ut dicebat ille, et *deformitatem nostram venustatem sapè putamus*. Alienis itaque oculis opus habemus et vocibus, imò et clamoribus, tanquam dormientes. Præcipitur autem ut *clamet*, neque à *clamore desistat* propheta, aut *vocem contrahat*, continet seu colibet, aut ne voci parcat; nonnullis enim frequentes clamores necessarii sunt, et perpetua peccatorum commemoratio; illis nempe qui se peccatis carere existimant, ut ex hoc loco apparet, et ex versu sequenti comprobatur.

VERS. 2. — ME ETENIM, etc. Hebr., et me; sed interdum conjunctio est rationalis Hebræis; videtur tamen hoc loco peculiarem quandam vim habere, quam non facile exprimas. Exigit enim ut nonnihil suppleatur, q. d., *habent scelera, transgressiones et errata, et me requirunt, quasi gens, etc.* DE DIE IN DIEM. Hebr., *dies dies, vel die die*, id est, singulis diebus, Gen. 59, Exod. 16, Ps. 60. SCIRE VIAS MEAS VOLUNT, id est, consilia et meorum consiliorum rationes, et de adventu Messie, cur differtur; quare permittat populum suum indigna pati, et hujusmodi, ut sequenti versu aperit. QUASI GENS QUE IUSTITIAM FECERIT. Iustorum peculiare esse videtur, divinarum consiliorum rationem tenere, et in omnibus suis actionibus divinam voluntatem collimare, ne ab eâ quavis ratione delectant. Horum propria videtur esse sollicitudo illa de Dei mente percipiendâ, de divinæ legis, in quâ beneplacitum ipse suum manifestat, intelligentiâ; hi presentia præteritis conferunt, et futura animo metuntur, et Dei providentiam præ oculis semper habent, cui humana omnia sciunt esse subjecta. Hos imitantur hypocritæ illi, præsertim qui exteriori tantum specie sanctitatis polleant; nisi quod ficti isti nunquam

dans lequel vous lui rendiez l'honneur qui lui est dû, en ne suivant point vos inclinations, en ne faisant point votre volonté, et en ne disant point de paroles vaines;

14. Alors vous trouverez votre joie dans le Seigneur. Je vous élèverai au-dessus de ce qu'il y a de plus élevé sur la terre; et je vous donnerai pour vous nourrir l'héritage de Jacob votre père; car la bouche du Seigneur a parlé.

secum bene agi arbitrantur; cum enim terrenis bonis animo fixi sint, iniquè ferunt ea sibi, tanquam iustis, non affatum vel à Deo vel à reipublicæ rectoribus distribui; at verè iusti et pii de omissione æternorum tantum solliciti sic sua componunt, ut cum se indignos aere quem respirant arbitrentur, æternitatem et veram felicitatem semper meditantur, et super hæc rationes subducunt. ET JUDICUM DEI SUI NON DERELIQUERIT. *Derelinquere Dei iudicium* est dicitur, qui à recto declinat, et hono quod ille probat, consultat ac præcipit. Itaque qui *iudicis Dei* per verbum suum promulgatis acquiescit atque obtemperat, qui ea observat, et ab eis latum unquam non discedit, is de aliis iudiciis, quæ ignorat, inquit (modò *majestatis* ne sit *præscrutator*); qui verò manifesta contemnit, quid de occultis inquirat? numquid ut tantò asperioribus flagris dignus fiat, quantò plura didicerit? Hoc certè genus hominum magis videri habui, quorum vitam si explores, eam labe vitiorum aspersam reperias; si verò ex percontationibus de divinis mysteriis, de animæ cum Deo per inefficientem amorem unionem, de perfectione et vitæ contemplativæ sublimitate, et id genus questionibus, de quibus inter sese disserunt, velis iudicium facere, aut de quibus se instrui velle petunt, tantum non angelos iudicabis. Similes profectò sunt illis Phariseis, qui de magno mandato interrogabant, qui neque minima adimplebant. Interea tamen cogita, lector, quorum sit vias Domini velle addiscere, nempe qui à iudicis Dei sui non recesserit, aut aliquid ex eis prætermiserit; ex illis, inquam, quæ Ps. 119 celebrantur, et *iudicia, et iustitia, et justificationes Dei* dicuntur à Davide; quæ qui fecerit, homo iustus est. IUDICIA IUSTITIÆ. Quasi vellent Deum redarguere alienjus iustitiæ; interrogare enim *iudicia iustitiæ* est, nisi fallor; Deum quasi adigere ut rationem reddat aliquorum operum seu iudiciorum suorum, et se iustificet; ut si quis quæret: *Domine, quid est quod deseruisti Israelitas, et ad gentes te contulisti?* Sed non alia exempla requiramus quam quæ mox sequuntur; huic namque sententiæ favet quod sequitur. APPROPINQUARE DEO VOLUNT. Quasi cum eo congressuri. Est enim Hebræis inter-dum *carab*, id est, *appropinquavit*, verbum castrense, et animum hostilem notat, sicut verbum *videre*, Ps. 27, et aliàs; ita etiam accipit quod superiori capite dicitur: *Appropinquate huic, filii veneficæ*, etc., ac si iudicio cum eis contendere vellet; ut videas impiorum contumaciam atque arrogantiam, ut Deo quasi bellum movere audeant. Videte hypocritarum ingenium, ut sint superbi et numinis contemptores. Quid dicendum est, nisi quod Deum cælo, deturba-